
Engraving no. 90 in the original uncancelled state.
Engravings 130-131 without cancels. A very rare book.
Corner of leaf T4 defective. Fine impressions.

2+


106



Ex Libris
JOHN LANDWEHR
Voorschoten

Digitized by the Internet Archive
in 2014

https://archive.org/details/povidnasonisxvme00pass


P. OVID NASONIS
XV METAMORPHOSEON LIBRORŪ
figuræ elegantiſsime à Criſpiano Paſsæo laminis æneis incisæ.
QVIBVS SVBIVNCTA SVNT EPIGRĀ
Mata latine ac germanice conscripta, fabularum omnium summam breuiter ac erudite comprehendentia. autore
GVILHELMO SALSMANNO S THEOLOGIÆ
Apud Agrippinenses Doctore, ac Poeta Laureato
PROSTANT
apud Criſp. Paſsæum chalcographum Coloniensẽ et Ioannem Iansonium typographum Arnhemiensem. anno
AVrea MeDIoCrItas.
Totus in inſtabilis verſatur cardine mundus.
Scire cupis, quid ſit? Lis et amicitia est
Quæ modo virgo fui, cornuta fronte iuvenca:
Mox, ego, qui iuvenis, flos hyacinthus ero.
BP

1607

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Viſure Lector optime hoc opuſculum,
Cur non opus ſit forſitan, ſi flagitas,
Reſponſum habeto: quod Poëtæ maximi
Iam jam ante Transmutationes plurimi
Inſigniere calculis doctiſſimis,
Suaq; luce ſcriptionum candidâ.
Nos ergò breviter ponimus debentia
Legi, tibi ne obrepat ullum tædium.
Quod ore, labiis quod legis, oculis lege
In laminis pulcherrimis, vivacibus,
Corinthio digniſſimis vel nomine.
Nocturna verſet has, diurna verſet has
Manus, Iuventa diligens, ô Artium
Solers. Tibi iſta compara Exemplaria,
Incunda, liberalibus non abſona,
Sed digna ſtudiis. Cernuus ſi forte ſis
Flecti in ſacros Phœbi labores, & Chelym.
Hæc ſerviunt rectè tuis conatibus.
Si forte naturam ſequi Pictoriâ
Cupis, tabella præbet hæc artem tibi.
Si vaſa fingere aurea ſtylo perplacet,
Opusq; picturare vis argenteum,
Conducit ad tuum iſta propoſitum opera.
Hoc Solis ille Virgilius, & Goltzius,
Et artifex Oenotrius, cum Gallico, &
Quamplurimi ſculpſere Sulmonidæ opus,
In ære quod tibi damus, ac in pagina.
Dices: Liber ſed iſte pictus crimine eſt,
Immunda crepat, & viſa ponit turpia
Caſtos ob oculos, falſa veris ludicrè
Remiſcet: in dictis figuris, ac in his
Senſus boni latent, receſſus abditi
Sunt: & quid obſtat vertere ergo ſeria
Ludo? puta eſſe ficta veris proxima.
Obſtringimus nos interim noſtram tibi

VORREDE AN DEN LASER.


Großgunſtiger o Leſer mein
Dis werck las dir befohlen ſein
In freundligkeit mit guter gunſt/
Das nit die arbeit ſey vmbſonſt.
Ovidius der hoch Poet
Die verwandlungn beſchreiben thet
In funffzehn Bucher ſchöner art/
Kein ſcharpffſinnigkeit hat geſpart.
Das kunſtwerck außgeleget han
Außfuhrlich vil gelehrte man.
Darumb ſo iſt ſo kurtz diß ſchrift/
Welche die figuren antrift.
Damit dir kein verdrus ankam/
Dieweil die kurtz iſt angenam.
Dis buch halten wir nutzlich ſein
Den kunſtliebhabern in gemein/
Die den Büchern obligen frey/
Zu erlangen Fame geſchrey.
Die Mahler haben ſpiegel klar
Zu ſehn/zu lehren vil furwar
In diſſem ſtuck mit Ehrenrhum/
Gleichſam die Goldtarbeiter frum/
Die Glaßſchreiber vnd Sticker rein
Finden hie voller kunſt ein ſchrein.
Dis Ovidianiſch gedicht/
Götter vnd Minſchen wunder gſchicht
Geſchnitten hat in holtz geleich
Virgilius Solis kunſtreich/
In Kupfer Heinrich Goltzius/
Des yeder ſich verwundern mus.
In Franckreich vnd auch in Welſchland
Habens verſucht Leut allerhand/
Wiewol vnvolkommener weiß/
Vnſer arbeit hab ſeinen preiß.
Es ſolt auch irren niemand dis/

Fidem, benigne Lector, eſſe in proximo
Noſtra manus, ſtyliq; opus ſanctiſſimum,
Dei & piorum geſta continens ſacra,
Et facta Teſtamenti ad unguem duplicis,
Vt polleant junctura, ſeries, & labor.
Hic interim liber mereat æra, & decus,
Ævumq; proroget ſuo Auctori bono.

Das man hie findet ein abriß
Von ſachen/die nit loblich ſein
Zu ſehn zu leſen in gemein:
Dan vnter den verborgen ligt/
Heimliche weißheit vnd gros gewicht.
Die Bibliſche figuren ſchon
Zu erſt wir dir verheiſchen thun.

CHA-

CHAOS. | Chaos.



E tenebris deforme Chaos ſeceſsit aborta
Luce, ſuoq; loco ſunt quæq; Elementa locata
Aſtra polo radiant, quibus imminet igneus Æther
Aera ſubſequitur Pontus, ſubit vltima Tellus.

Initia rerum prægreditur altum Chaos.
Diſtincta non, digeſta non moles erat,
Sed naſciturorum omninm confuſio.
Deûm hoc genus præceſſit, atq́; omnes Deas,
Informe, confuſum, horridum, & velut nihil,
Rerum ſed omnium latebant ſemina
In hoc acervo cæco, acervo in hoc rudi.
Lex nulla, torvalis, furens diſcordia
Permiſcuere poſtquam eam farraginem.
Natura cum rerum artifice Deo optimo
Conjunxit operam, magnifica opera extudit,
Sciſſaq́; congerie, at in ordinem ſuum,
Nec ſeparatâ non, diremtâq́; undiq́;
In ordinem deſcripſit optimum omnia.
Ac ſeparatis rebus aptè ſingulis
Inſtruxit, ornavit plagus mundum in ſuas.

Ein verwirrung genant Chaos/
War in der Welt vngehewr gros.
Das weſen ein vnweſen war/
Die Welt ein vnwelt wunderbar.
Eine vermiſchung aller ding/
Sie waren gros/oder gering.
Kein Element hat ſeine ſtat/
Kein Creatur in jhrem grad.
Gott ſahe den grewel vnd wuſt/
Mit der Natura gewan luſt/
Zu ſchaffen alles ordentlich.
Den Himmel befeſtiget glich.
Die Luft zwang er aufwartz. Die Erd
Grundet er/vnd hat ſie geziert.
Das Waſſer ſchrancket/ein beiſeid/
Wie alles dan noch bleibt vnd ſteht.

HOMO. | Der Menſch.



Hoſpitibus noua terra nouis iam gaudet et aer,
Atque nouo liquidæ piſce natantur aquæ.
Tum formans hominem magni Deus arbiter æui,
Os iubet et mentem tollere ad aſtra piam.

Acer Prometheus ille providentiâ
Creat hominem, ſed ex Deorum ſemine,
Quod manſit in recente terra ex æthere
Olim propinquo. Terra mater hominis eſt,
Sed mixta fluviali latice, ſic fit lutum.
Cæleſtis ignis eſt hominis anima, cui &
Figura Divorum obtigit. Tellus rudis
Converſa cæleſtûm recipit imaginem.
Sublimis ore reſpicit cœlos homo,
Cum ceteris prona ora pendeant humo,
Quæ vitam agunt. Animal id ergo nobile,
Præluſtre, ſociale, ex humo, è cœlo ſimul.
Sagax, acutum, multiplex, ac providum,
Memorq́; conſilî, atq́; rationis ſacræ
Plenum, Deûm communionis particeps.
O conditio beata, noſſet ſi ſe homo.

Prometheus furſichtig vnd klug/
Ein gros werck richtet an mit fug.
Den Menſchen artiglig erſchuf/
Das bringt jm ein ewigen ruf.
Die Erd befeucht mit waſſer war/
Friſch vnd leimich feiſt/vnd vnklar/
Wilche des menſchen Mutter iſt/
Sein Seel iſt himmeliſch zur friſt.
Das leimgeſchöpf gebildet ward/
Als war es aus der Gottern art.
Der Menſch tragt ſich auf/ſchauwet an
Des Himmels werck/vnd dencket dran.
Was ſonſt lebt ſihet vnder ſich/
Vnd bleibet der Erden gelich.
O Menſch wuſtes du deinen ſtand/
Kein edler ding ware zur hand.

ÆTAS AVREA. | Die Guldin Zeit.



Aurea prima ætas fuit, et ſine Judice tuta,
Ver cum perpetuū atque aura benigna foret.

Mollia securæ peragebant otia gentes:
Sponte ſua Tellus nam bona cuncta dabat

Cæleſtiumnè quis vel orbis incola
Huius dubitet ætatis auratæ procul
Fæliciora feliciſſimis quidem
Fuiſſe tempora, et vices rerum aureas?
Æterna veris erat & alma gloria,
Cui vicem reddebat auræ ſuauitas
Telluſque obediens, facilis & prægrauis
Florum tot atque fructuúm per munera
Quæ ſponte germinabat ac lubèns ſua.
Tunc pax & ocium, voluptas, ac amor
Caſtus, ligabat animos atque dextera.
Tantum loco diſtare ſuperos à pijs
Mortalibus ſentire erat, quos deniq;
Secum tuliſſent aſtra ſuper Olympica.
Beata facies rerum imago perpetis
Cæli, cui nil comparere fas erit.

Des Himmels Götter hoch bekant/
Vnd menſchen diſſer Welt verwant/
Beiahen muſſen rund vnd war/
Das nie erſchienen beſſer Jar/
Als do man zalt die guldin zeit/
Do man lebt in gluckſeligkeit.
Der glentz ſich ſtreckt durchs gantze jar
Gulden vnd purpurfarbig zwar.
Die lüft war ſüs/leiblich/geſund/
Das Erdrich ſchon vnd fruchtbar ſtund/
War den menſchen freundhold/gibreich/
Von jm ſelbs wuchs alles zugleich/
Frid/muſſigkeit/wolluſt vnd lieb
War vber all: nirgend erheib
Sich zanck vnd ſund. Die Götter fron
Den menſchen zeigten jhren thron.

ARGENTEA. | Die Silberin Zeit.



Secula picta vides argentea, cum malè gratus
Coepit homo validis bobus arare solum.
Eſtque graues æſtus, et frigora ferre coactus,
Et lignis humiles ædificare casas.

Vt Luna Solis æmulatur aureas
Faces, ſed albicans retinet argenteum
Lumen. Vide, fluxère Soles aurei,
Minoris vt tempus nota eſt argentea
Eſt porro ſed ſuaq; ſcoria tabidum.
Homo laboris eſto patiens ardui,
Tellusq; patiens eſto duri vomeris:
Exerceantur hîc iuuenci cornibus,
Funesq; moliantur arctè ſparteos.
Telluris horridæ refringe barbaram
Glebam, tibiq; ſeruiant, occaſio,
Quæ ſubminiſtrat arma, telluris bonæ
Cultor, furens membris vt æſtus incubet,
Vt frigus, vt gelu, vt pruina ſæuiant,
Plantas ſecent, manus adurant, & caput,
Fer, aut tugurio iniuriam arce ligneo.

Die Sylberin zeit blickt herfur/
Wolt halten gern am guldin ſchnur.
Es wird doch ein ſolch vnderſcheid/
Als zwiſſchen Son vnd Mon iſt beid.
Das ſylber hat auch ſeinen ſchaum/
Dis alter endert ſich geraum.
Der menſch duld arbeit jmmerdar/
Das erdrich bawet jedes jar.
Die Ochſen ſpannet an den pflug/
Die theten manchen ſchweren zug.
Der feldbaw hat kein Inſtrument/
Als in folgender zeit behend.
Ein tugend macht man aus der not.
Kålt/froſt/hitz/reif herfur ſich thut.
Der menſch arbeidtſam huttlein klein
Richt auf aus holtz/wil ſicher ſein.

ÆTAS ÆNEA.

Die Ertzin Zeit.



Tertia mox poſt hanc ſuccedit at ænea proles;
Durior illa quidem, non ſcelerata tamen.
Acrior ingenijs, et ad horrida promptior arma:
Structura, cultu, ac dexteritate prior.

Eſt æris atq; auri color non diſſitus
Valor ſed argenti medius interiacet
Sic ænei puta nepotes ſæculi
Quid aurei præferre ſi non falleris
Rerum color fuit alius, peior fuit.
Vt Flexile eſt aurum, ſed æs durum riget
Sic aurei ſic ſunt & homines ærei
Scelere tamen procul procul diſcrimine
Salus cuiq; tuta certa permanet.
En ænei fiunt, ahenei puto
Fortes, terunt labores hi belli artibus
His ludus eſt quàm fortiter dureſcere,
Mirarier ſi vis placet, quod aurea
Sint ingenia recluſa membris æneis
Quæ muniunt lares, domuſque ſplendidum in
Modum noviſque res adornant cultibus.

Die Ertzin Welt anfahen thut/.
Jſt nit wie die vorige gut.
Sie hat wol ein guldinen ſchein/
Jſt aber nit goldſchon vnd rein.
Laſt ſich nit biegen ſo gelind/
Jhr leut ſeind hart/grob/vnd geſchwind.
Die laſter ſich doch regen nit/
Es wirt vnderhalten der frid.
Die menſchen ſeind ſo hart wie ertz/
Vnd faſſen wie ein ehrin hertz/
Scharpffſinnich/dapffer in der wher/
Den kunſten obgelegen ſehr.
Die Bawkunſt find ſich allerhand/
Vnd wirt verhalten kein verſtand/
Was zuvor köſtlich ward geacht/
Dem wird nu hoher nach getracht.

ÆTAS FERREA.

Die Eyſin Zeit.



Degenerauerunt magis ac magis vſque nepotes
Terribiles animis, terribileſque manu.

Omne genus tandem vitiorum protulit ætas
Ferrea, tum pulſa eſt fraude doloque fides.

Hæc ſæculum præ cæteris metallicum
Quam peſſimè eſt, venaſque degenerat ab hinc
In peſſimas, non aurem fulgor micat,
Argenteus non eſt radius, & æs iacet,
Ferrumq; regnat, omnia ferit, & ſua
Vi perdomat, vi extendit, attenuat, & heu
Quid eſt ſuper, niſi quod homines ferrei,
Quod ſint inexorabiles, quod ſæuiant
In ſanguinem, in lares, in ara, in beſtias,
In noxios, innoxios, in infima,
In & ſuprema, quæ nefas ſit pollui,
Ætas lacuna criminum, quæ exuberant
Latè & procul per orbis omnes angulos.
Te prole ferrea, Cotytiâ, malâ,
Heu, exulat fides, dolus, fraus obtinent:
Sanctum nihil, tutum nihil, quis non dolet!

Die vierte zeit ward vngeſchlacht/
Eyſin genant vnd ſehr veracht.
Der menſch nu voller grauſambkeit
Thet an ſeim nechſten ſmertz vnd leid.
Wuten/has/neid/zorn/vngeſtum/
Vnd aller ſunden wuſt gieng vm.
Der guldin ſchein/vnd ſylber glantz
Hat ſich verandert durch auß gantz.
Die boſen rotten ſamlen ſich/
Dem gutten gibt man vile ſtich.
Am leben leiden ſchaden groß/
Im wird zugefuigt mancher ſtos.
Ach glaub/ach trew/ach frommigkeit/
Mann gibt euch nu keinen beſcheid.
Blut vergieſſung/Diebſtal/vnd brand/
Iſt nun mehr keine ſund/noch ſchand.

GIGANTOMACHIA

Götter vnd Rieſen Krieg.



Stat Briareus cælum affectans, diruſq; Typhoeus
Ingenteſq; ornos Rhetus in aſtra iacit.

Fregit conatus Saturnius igne triſulco,
Ægidaq; oppoſuit Pallas et arma furens.

Nimia Gigantes vos tenet fiducia
Tum pectoris, tum virium, tum corporis.
Furorne veſter huc & uſque proſilit,
Concentus ille neutiquam ut ſit ſanguine
Mortalium, quin in Deûm immortalia
Vos involare jura ſuadeat? procul
Nefas, adyta cæli profanum ducite
Poſt ſacrilega tot, & ſtudia tot rumpere.
Sed quid? jacitis in aſtra tela roborum?
An montium ſtruitis in ætherem aggeres?
Annoſæ quercus anne telum miſſile
Fiat! quid hoc? olympicus turbo ingruit
Igneſq; fulminum veretur auguipes,
Typhæus ad triſulca tela concidit,
Et centimanus ille, & Rhetus hîc involvitur.
Sic non juvat molem ferox audacia.

Der erden kinder Helden gros/
Die man auch nennet groſſe Droes/
Den Himmel greiffen an mit gwalt/
Beſchanzen ſich hochſter geſtalt
Mit Bůhel/Bergen/Waffen krafft/
Aber Gott Jupiter ſie ſtrafft/
Mit aller Götter macht vnd rahe
Dann es war ein ſtraffwirdigh thadt.
Der hundertfauſter ſchwarm boßhafft/
Die Drachenſchwentzer ſehr behafft
Mit laſtern/vnd Gottloſigkeit/
Erneuweren mit Gott den ſtreit/
Den Lucifer gerůbet hat
Gegen Michael an Gottes ſtat.
Den eyferen nach böſe leutt/
Dern man noch findet ſo vil heut.

LYCAON IN LVPUM.

Lycaon zum Wolff.



Jgne Lycgonias deuaſtat Iuppiter ędes,
Jlle fugit rapidum vertitur inq; lupum.

Syluas et rabioſa petit ſpelka ferarum,
Viſq; ferox animo, quę fuit ante, manet.

Rex Arcas & lupus fameſcens Arcadum
(Noto Lycaonem) trucidat advenas,
Et vertit in menſæ dapes crudeliter.
Saturnius terras oberrat abditus
Forma viri, Lycaonisq; regiæ
Jllatus incidit in edulia horrida,
(Quod ſi horror in Iovem cadat ter maximum)
Hic inquit: hoſpitalis hac humanitas
Eſt ſcilicet hominis vorare viſcera,
Et hic lupus glutire vult Iovem? lupi
Mutetur in villos, in ungues, guttura,
Ganos, & inteſtina famis obnoxia
Morbo: rabidus eſto, rapidus eſto, procul
Hinc exululet, & vaſtitas pretorium
Vi fulminis noſtri occupet. Lycaones
Vos aulici iſte finis exſpectat brevi.

Lycaon ein Köning vnmild
Regiert in Arcadien wild.
Jupiter durch erfahrenheit.
Wolt des haben ſicheren beſcheid
Bekompt den Lum Wirt
Der jn wolt tödten mit begird/
Vnd ſagt: Soll diſſer ein Gott ſein
Jch will jn metzlen wie ein ſchwein.
Es hat im doch der ſchus gefehlt/
Ein ander mittell an ſich helt/
Der Moloſſer Geſandten ſtill
Ließ braten/ſieden in der eill/
Das ſall des Jupiters mahl ſein
Das bracht Lycaon groſſe pein.
Sein Königs wohnung ward entzund/
Er mißhandler ein Wolff zur ſtund.

DILVVIVM. | Zuntfluth.



Deucalioneæ fluctus quis neſciat vndæ?
Morti homines pecudes illa ruina dedit.

Tanta Iouis læſi tulit indignatio teris
Excidia, vna ſuo Pyrrha relicta viro eſt.

Mortalium genus ſcelere ſe polluit,
Quod cogitare, nominareve uſpiam
Poſſis in orbe, quolibet. Sed Jupiter
Pati inſolens immanium ſcelera virûm,
Queritur eam impotentiam omnibus Diis,
Suaq; majeſtatis hanc injuriam
Vult internecione mundi ulciſcier.
Titanius ſanguis, ſacrilega gens furit
Exæſtuans, & rumpit imperia Jouis:
Vt arcas ille rex, potentiam Dei
Tentare conſcius, Nequitia, audacia,
Libido deplorata, & infrenis furor
Mentes Deorum ubi penitus accenderant,
Inundat orbis univerſus imbribus
Cœlo profuſis, diluvium operit juga
Suprema montium, duo homines vix manent:

Das menſchlich geſchlecht wunderbar/
Beſturtzt mit groſſen laſtern war/
Vnd vberhaufft ſich immer zu
Mit ſchanden gottloß ohne rhu.
Der groſſe Gott hat zugeſehen/
Kunt deſſen langer nit geſtehn.
Die Götter ſchloſſen jhren raht
Das man ſolt ſtraffen all vnthat/
Blutſchand/vnzucht/Tyrannen mort/
Vnd Gottes laſterung vnerhört.
Es war nichts bös/man that es frey/
Vnd halff dargegen kein geſchrey.
Derhalben kam ein Waſſerflut/
Vnd vberſchwemmet bös mit gut.
Es muſt auch alles halten her/
Alle Welt war ein lautter Mer.

FINIS DILVVII.

Zuntſluth End.



Neptunus Pater æquorei per cærula tractus,
Quando orbis fluitans immaduißet aquis.


Tandem ſubſedit. Parnaßit in Vertice montis
Cymbula cum Victrix Deucalionis erat.

Montes aquarum devoluti celitus
Obtexerant telluris omnem machinam,
Totum genus mortale vitam liquerat.
Vndis ſub inſolentibus, ſub horridis:
Jn uno & unâ humana caro ſubſederat.
Promothei, Epimeteiq́; dico pignora.
Hi ſe rati commiſerant & fluctibus:
Vicit ratis telluris & cœli æquora
Fluentis; en lembus ſacer, ſalutifer,
Vitæque cuſtos & parans cunabula
Mundo renaſcenti, truces reſederant
Aquæ, reſederatque cymba fluctuans.
Hanc excipit mons Phocidis bivertice
Jugo, polo minante, nubibus pari.
Neptune ſis placidus, equoſque mitiga,
Pacemque Tritones ſonate buccinis.

Es floſſen groſſe Waſſergüs/
Die regens tropffen waren flus /
Des Himmel finſter brachen auff/
Das Element nam freyen lauff.
Zwey ſeelen ſich erhielten doch
Jn eines ſchiffleins krummen loch/
Das ſich legt auff Parnaſci ſpitz/
Biß das ſich reget kalt vnd hitz/
Darnach das Gewitter ſich legt/
Vnd wirt das Meer nit mehr bewegt.
Die thal vnd Berge rucken an/
Vnd erſchienen den weiten plan.
Der frid ward außgeruffen bald/
Bein Creaturen der geſtalt/
Das menſchen vbrigh ſolten ſein/
Jn aller Welt ein gros gemein.

GENERIS HUMANI REPARATIO.

Menſchen auffpflanzung.



Mortales fuerant telluris ſemine creti,
Saxea nunc gens eſt Ducalionis ope:

Cum Pyrrha ſiquidem diſperſerat oſſa parētis
Magnę. Conſuluit talia facta Themis

Mundo ſuperſtites inundanti duo,
Maritus ac uxor, ruina quomodo
Tot gentium & hominum reſarciri queat,
Deliberant, nec conſilî ſui exitum
Habent. Deam, vatemq; Themida conſulunt,
His quæ tenebat in locis oracula:
Reſponſione ſignificat iſt hac, Themis:
Diſcingite artus, atq; nodos ponite,
Et involucro obnubite caput abditum,
Magnæ Parentis oſſa poſt veſtigia
Veſtra hinc iacite (terræ oſſa, lapides innuit)
Iactus Promethide mares exuſcitant
Pyrræq; ſaxa fœminas jacta huberant.
Telluris homo ſemen fuit, primum aureus,
Argenteus & aheneus, tum ferreus,
Nunc ſaxeus, prædurus eſt, luteus erit.

Deucalion vnd ſein Gemahl
Noch vbrigh aus der menſchen zal /
Den groſſen fall zu richten auff
Gebotten war/ ſie mercktten drauf/
Vnd funden jhres rahts kein end
Kein minſchen hülff war ſo behend.
Man ſuchet Himliſchen beyſtand
Bey Themis der Göttin bekandt/
Fürſteherin der billigkeit/
Die ſprach zu den Eheleuten beid:
Verhult euch vngegurt/ die bein
Der groſſen Mutter werft herein
Die Mutter iſts Erdreich/ jhr bein
Seind felſen/ ſcrofen/ kiſling ſtein.
Deucalions ſtein ſeind Mannlin/
Vnd Pyrrhe ſtein die Weibelin.

DAPHNE IN LAVRVM. | Daphne zum Lorberbaum.



Ardebat flagrans Titan Peneïda Daphnen:
Jlla thorum vitat deuia luſtra petens.

Vitat, et in laurum cita vertitur: at ſua ſemper
Dilecta Phoebus tempora fronde tegit.

Criſpin van de paſs excudit.

Pythonicus victor ferire belluam
Armatam uti norât, ſeipſum vincere
Edoctus haud quaquam, arcui Cupidinis
Teloq; ſubjacet. Tibi ſim præmium
Peneia, inquit, ô Dea, & meis amoribus
Tu ſis, velis noliſve præda certè eris.
Exponit illam forma Divum amoribus,
Tuetur illam caſtitatis gloria.
Quam nec minæ aut preces, nec ulla vis rapit.
Daphne memor conſtantiæ virguncula
Dei ſereno ſubtrahit ſe adſpectui,
Divum faci ſuum pudorem pernegat.
Quem jam patri devoverat. Qaid virgini
Apollo pugnas hinc ſacræ? jam laurus eſt
Quæ Daphne erat. ſed laurus eſt Daphneia.
Ex hac corollam ſume pro ſolatio.

Die groſſe verſchwemmung der Welt
Hat abgenommen/war gefelt.
Komt Sonnen hitz zur feuchtigkeit
Gibts ein ſterck vnd lebhaftigkeit.
Daher kam alles lebenhaft
Wie auch Python giftiger kraft.
Den hat Phœbus mit pfeilen ſchuß
Erlegt/ſein blut vnd gift vergus.
Es muſt doch der Göttlicher Held
Cupidini laſſen das feld.
Ward liebſuchtig auff Daphne zart/
Die wolt er nemmen auff die fahrt.
Das Frauwlein Penei dochter ſchon
Ergab ſich nit in diſem wohn.
Ward fluchtig für Phœbi gewalt
Gewan ein Lorberbaums geſtalt.

IO IN VACCAM. | Jo zur Khu.



Eximia eſt Io ſpecie decorata: ſed ipſam
Jupiter amplexus cogit inire ſuos:

Poſtmodo quæ vultu induitur formáque juuẽcæ
A Ioue, dum coniunx imperioſa venit.

Ovid. Metamorph. libr. I. *Criſpin van de Paſſe iuuen. et exc.*

O magne Olympi rector ô Divûm arbiter,
Et tu ſuavitate forme duceris,
Quæ ſpirat & rutilat in hac Iuvencula?
Tu regiâ furis puellâ, Jûs proce?
Adamo quidem (vox eſt Iovis) nec præterit
Me virgo, quamvis proripit ſeſe in nemus.
Caliginis prehendo captam vinculo,
Preces & admoveo, ne amator ſim ferus.
Sic deſiderium explet illico meum.
O Iupiter compreſſor es, pellex & eſt
Jo, inq; furias incidet Iunonias.
Præſentio, vitium oderim, facimus amo.
Iuvenca fiat Inachis, ſic conjugi
Fucum facio, meamq; Venerem poſtulo.
Io puella Argiva, vacca cerneris,
Iſis pecus Memphiticum poſt diceris.

Der Vatter aller Götter gut
Vmb Jo ſich ahnnemen thut/
Des Jnachi ſchön döchterlein
Das ſie jhm ſolt lieb freuntlich ſein.
Jo ſich auff die flucht verließ
Mit gwalt jhr Jupiter nachſtieß/
Vnd bulet vmb ſie hitzig ſehr
Verheiſſchend jhr Göttinnen ehr.
Die Bulſchafft Juno war verdacht/
Wilche dem werck ſehr ſcharpf nachtracht.
Der Ehebetrieger Jupiter/
Als er vernommen diſſe mer/
Der Jo ſich gemacht tat hat.
Vnd das er verhölt diſſe that/
Sein Bulerin macht er zur Khu/
Vermeint alſo zu haben rhu.



Centum oculis vigilem Tegees illuſit alumnus,
Æterniq; aſtu juſſa parentis obit.

Fallaci cantus modulamini deperit Argus,
Inſomnem ſopit fiſtula blanda virum.

Adulteri fallaciam, artem pellicis
Intelligens tam ſuſpicax Saturnia
Munus petit juvencam inenarrabile,
Qua toto in armento nihil ſit pulchrius,
Hoc conjugale pignus & lucrum æſtimans.
Quid hîc? negare, erat puellam prodere.
Petitionis ergo compotem facit.
Ariſtoris Diva imperat tum filio
Cuſtodiam recentis hujus muneris.
Scatebat hic oculis in omni corpore,
Centena perſpicax tenebat lumina
Immota, & Argum quiverit quos fallere?
Num cæteras cæli faces Sol obruit?
Lumen vigil ſopit ſtatim Cyllenius.
Sic vox, ſic virga medica, ſic & tibia
Valent, & occidit tot Argus luminum.

Des Jupiters liſt wolt Juno
Entdecken ſein/vnd machts alſo:
Gib mir/ſprach ſie/die ſchöne Kuh/
Das iſt dir doch ein kleine muh.
Mein lieb/ſprach Jupiter/ ich kan
Dir dein begird nimmer abſchlan/
Vnd wan du mein halb Himmelreich
Begeren würdſt/es iſt mir gleich.
Wan er jhr ſolchs geweigert hett/
So were aus ſein Majeſtet.
Der betrug hat ſich mercken lahn/
Es were jm vmb ſein Ehr gethan
Das Junckfrawlich bieſt Juno nam/
Vnd Argum zum hütter bekam/
Der mit den hundert augen ſein/
Diſſe gab ſolt bewahren ſein.

SYRINX IN ARUNDINEM.

Syrinx zum Waſſerrhor.



Pan ſequitur Syringa, fugit pulcherrima Nympha:
Dumque fugit, corpꝰ mox fit arundo leuis.


Quòd tenui cecinit Pan primus arundine, Syrinx
Propterea Arcadio fertur amata Deo.

Criſpin van de Paſſe inuent. et excuſor.

Amare Pan doceto Dæmogorgonis
Proles, amore Pan doce fruſtrarier.
Cupidinem laceſſis in certamina,
Hircine vir Cupido præludit tibi,
Quamvis caput præfers reductum cornibus
Binis. Amator inſolens imbellia,
Tu Naiadum Nymphæ facile pulcherrima
Sectaris ad Ladonis amnem pectora.
Cadis in amorem Dux gregum, Deus gregum et
Paſtorum: abit Syringa Nais candida
Faſtidio tui ad fluenta, quæ vadum
Non præbeant, Compellis & compelleris,
Sed non patitur hæc inde virgo Naica
Cogi, metu, aut vi caſtitatem neſcia
Deponere Calamus paluſtris ilia fit,
Hinc fiſtula Panis. Levis arundo eſt amor.

Der Brunnen vnd fluſſen Göttin
Eine, Syringa komt in ſin
Dem Hirten Gott/ genennet Pan/
Der nam ſich jhrer liben an.
Die Jungfraw hielt nit ob das werck/
Vnd nam die flucht für Panos ſterck
Bis an den Arcadiſchen flüs
Ladon: in das Waſſer ſie ſtos/
Vnd do ſie nit durch watten kont
Die waſſerfhurt vnd jhren grund/
Batt ſie vmb hilff die Naiaden
Jhr Schweſteren/ komt zu gnaden/
Vnd wird verendert in ein Rhor.
Do ſolchs Mercurius erfhur/
Macht er ſein liebes pfeiflin draus/
Das war dem Pan kein gringer graus.

ARGVS OCCIDITVR. | Argus enthaupt.



Eripit e viuis blandos ſociata ſopori
Cuſtodem Inachię mors inopina bouis.

Hoc opus, hoc ingens decus eſt Cyllenidos Harpes,
Iunonem Maia fallere nate potes

Cuſtos pecudis en Inachidos obnoxius
Arundini Cylleniæ in ſommum ruit,
Qui ſomnus illi ſempiternus en modò:
Quid centuriæ iuvabat iſt hic luminum,
Quam pervigil Deus poteſt occludere
Brevi? grauatum enim ſopore & cantibus
Vrgente brachio arduus convulnerat:
Cyllenis harpe (telum erat perſeium)
Iunonij coſtudis aufert guttura,
Caputq́ ſtellatum in pedes provolvitur
Maja editi: ultor ille amorum erat Iovis.
Immune funus illud haud ſinit Dea,
Caudæ ſuæ volucris & flabro inſerit
Tot aſtra luminum, decoraq́ corporis
Illuſtria. En Io tot œſtris percita
In priſtinam redit figuram, & Iſis eſt.

Argus der hundertaugig mann/
Wirt des Mercurij geſpan/
Von dem er hintergangen wirt
Argliſtiglich der frommer Hirt.
Der hat jhm ingepfiffen bald
Einem tieffen ſchlaf/ der geſtalt/
Das er ſincket vnd ſchnloß ward/
Vnd von den rhorpfeiffen erſtarrt.
Mercurius ſein Sebel zog/
Vnd Argo ſeinem kopf abſchlug:
Des hat Juno groſſen verdrus
Das alſo entleibt jhr Argus/
Des gedechtnus war Juno lieb/
Sein augen von dem grind außhieb/
Vnd ſetzt die in den Pfawen ſchwantz/
Daher fuhrt er ſolchen glantz.

PHAETONTIS PETITIO. | Phaetons begehr.



Matre ſuum noſcit Phaëthon monſtrant parentem:
Et ſibi flammiuomos det regere orat equos.
Fert optata, ſibi triſtem properantia mortem.
Hinc iuuenes veſtram diſcite ſtultitiam.

Serena Clymene fluminum omnium ſata
Parente vulneravit oculis ſuâviter
Suis eum, qui dicitur OCVLVS & amor
Mundi, nam huîc, illiq́; cedebat decor
Omnis Deûm, virumq́;, matrum & virginum.
Eduxit hinc fœtum, parens fœlicior
Si filio non indicaſſet aureum
Et fulgidum genus, paternaq́; in polos
Fuſe imperia, juvenis, in arduam erigit
Se ſpem, ſupra nubes parentis atria
Subit, ſupra mortalium vices rogat.
Vna die ſolaris orbitam ut regat
Currus. ſtupet oriens, habena non mei
Currus tua eſt, non ad facinus hoc clarus es,
Te lædis, inq́; fata properas ô miſer.
Datur facultas hæc. Dolendum eſt plurimos
Sui perire generis hac fiduciâ.

Die Sonn ſonſt Phoebus hoch genant
Nam ein fraw auß der Göttern ſtand
Die Clymene/ der Tethyos
Vnd Ocean jhrs Ehgenos
Schöns dochterle. Diſſe gebar
Phoeton jhrem gemahl klar.
Der Jungling auffgewachſen zart/
Neiget bald zu der Göttern art.
Die Mutter jhn Phoebo fürſtelt/
Er bitt/ vnd wunſches wahl erhelt/
Sprach: Gott Vatter bin ich dein kind/
Vnd gehör ins Himmels geſind/
So las den Sonnen wagen mich
Ein tag regieren dir gelich.
Wiewol dir bitt war vngeſtum/
So muſt ſie doch nit gehen vm.

PHAETON MALE AURIGAT.

Phaeton böſer Fuhrmann.



Audet Phebeas ſtulte attentare quadrigas,
Atq; impar humeris munus obire ſuis

Infelix audet Paeton, quod numina terret,
Humanas mentes tanta libido rapit,

Quid ſole deſignat ſatus boni aut mali?
Nihil ſceleris, erroris autem plurimum.
Ni ſpes avara ſit ſcelus; ſed animus eſt
Annis huic par, præmium precis id habet
Improvidæ ſectatus iter incognitum,
A quo parens hortatibus deterritum
Tantisq; totq; voluit. Ecce devius
Vagatur, ecce habena cita confunditur,
Novusq; hic Hyperion modo tali æthera
Carpit, nec occidens nec ut oriens ſiat,
Nec ut medius, hic ignipes, hic alipes.
Hic flammipes, ſonipedis & nomen gerens.
Non audiunt aurigæ aberrantis ſonos,
Cum lucis auctorem hinc abeſſe ſentiunt.
Calcatur orbis pronior, nil ignibus
Caret, caletq; cum potis ſolum ac ſalum.

Der Sonnenfuhrman irren blind/
Vnd treibt die vier pferd zugeſchwind/
Gethaner nachheiſchung folg nit/
Alſo hat jhm gefehlt der ſchnit.
Die Sonnen Roß als vngezaumt/
Den vnweg haben durch geraumt.
Sie waren jhres Herren frey/
Das macht ein vnerhörts geſchrey.
Sie rennen vnd oben aus/
Wild/ vngeheur/ ſtöſſig vnd ſtraus.
Do erhub ſich ein finſter dunſt/
Welchem folgt ein ſchröcklicher brunſt:
Die vnder Moniſche ſachen
Wegen des fewers muſten krachen/
Wol land/ voll Statt/ leutt/ berg vnd erd:
Die flam hat groſſes theils verzhert.

PHAETONTIS CASVS. | Phaetons fall.



Coelo errans Phäeton Jouis occidit igne, rotæq;,
Ardenteſque ſimul præcipit antur equi.

Hoc docet exemplũ pariter juuenéſq; ſenéſque,
Viribus affectent ne grauiora ſuis.


Criſpin de Paſſe fecit et exc.

Currus paterni rector inſolens, ſacri
Temonis ignarus, jugales flammeos
Regere nec inhibere evalet, ſtragem ignibus
Erroneis conſciſcit, orbis ambitum
Primo legens ab ortu, & occaſu ultimo.
Tellus parens in lachrymas it uberes
Et orat obnixè, malis obnoxia
Tantis, opem Iovis ſibi ſuccurrere.
Non abnuit Divum parens & ingerit
Ab axe Clymenes filio ter fulminis
Horrenda ſupplicia. Puer devolvitur
Supinus atq; pronus, ut caſus tulit.
Hanc Eridanus excepit alveo ſuo.
Vinclis ſoluti equi viam intrant agnitam.
Hic flere Clymenidæ piæ rigeſcere
In populos, electra fieri lachrymæ.

Als nun der Himmel faſt entzundt /
Vnd die Welt in der gluten ſtund:
Der Erdenkreis Tellus genant
Begert von Jupiter beyſtand
In der grawſamen fewers not:
Vnverzuglich erbarmt ſich Gott/
Vnd ſcheuſt ſtralen blitzender hand/
Die Donner ſchlag heftig abſandt:
Welcher Phaeton auf den kopf/
Zerſchlagen ward der armer tropf/
Vom wagen falt in Eridan
Den flus der nam jhn tödlich an.
Helidas ſein Schweſtern drey
Weinten vnd machten groß geſchrey.
Zu Papelbaum ſie worden ſein/
Jhr Zehern verdort in Bernſtein.

CALISTO ET IUNO.

Caliſto vnd Juno.




Parrhaſis infelix odio Junonis in vrſam
Vertitur innumeris (non ſine Verberib9.

Scilicet eſt Vrſæ ſimilis, plagaſq; meretur
Laude pudicitiæ ſi qua puella caret.

A ſtirpe nomen virgo regiâ trahens,
Regis Lupi creata nobili ſatu
Haud efferata potuit effugere Iovis
Amoris irritamina, cum captus haud
E mente decidit furor. Dole malo
Explet libidinem prahenſa virgine.
Merſare quæ dum ſe latice non horruit,
Et balneans non abſtitit ibi eburneum
Nudare corpus, en uterus apparuit
Fœtus, tumens, & turgidus pleno Iove.
Hoc conſpicata Juno deſpicatur hanc,
Vt pellicem Iovis, renitentis toro
Junonio. Immortalia ergo agit odia,
Iraq; temperare, reprimere furias
Neſcit. Quid hac vel prole, matre vel ſimul
Fiet? quod ira dictaverit Dea.

Caliſto die Jungfraw genant/
Aus Königs ſtammen hoch bekant/
Mit lieb anzundet Jupiter/
Vnd war doch ſolchs nit jhr beger/
Dan einig wolt ſie fridſamlich
In beſter zucht verhalten ſich.
Der groſſe Gott ſchweiffet herum
Durch weg/ vnweg/ ſo recht/ ſo krum.
Beſtreicht den berg Arcadien/
Da ſein geburt ſolt ſein beſchen.
Das Frawen hertz wirdt ſehr beſchwert/
An jhrem leib auch verunehrt.
Geſehen ward im waſſerbad
An jhrem leib gethaner ſchad:
Das vnheil Juno ſehr verdreuſt/
Deßhalben allen zorn außgeuſt.

CALISTO IN VRSAM. | Caliſto zum Bärin.



Dictynnæ dilecta comes Junonis ob iram
Vrſa fit, et nati cuſpide pene perit.

Non tulit omnipotens, natamq; Lycaone, celſo
Arcade cum nato ſydera in axe locat.

Pererrat Ardaces ſuos dum Iupiter,
Amore Calyſtus puellari uritur,
Cuiq; inciderat amori, amore decidit.
Deſideria ſua precibus nil promovet,
Fruſtrata vox abit Iovis per aera.
Aſtu ergò ſubit illam, Dianæ vertitur
In ſexum, & arcum & arma ſimulat illius.
Veſtem pudore cum ſuo deponere
Auſa, experitur ætheris ſummum Deûm
Lycaonis. Confuſa probo c[r]iminis
Inſons nec hoc volens, nec hoc unquam merens,
Infeſtam ita patitur Deam Laciniam,
Quæ pellicatu ipſius arſerat fremens,
Vt prole procreata in Vrſam abiverit,
In ſyderum ſed Vrſa tranſiit choros
Cum filio, ſic Arctos eſt, ſic eſt Phylax.

Jupiter ſah inbrunſtig froh
Lycaons tochter Callyſto/
Vnd ſetzet jhr faſt schertzlich zu/
Es fehlt jhm doch bitt/ arbeit/ muh.
Doch zu gwinnen der liebin luſt/
Als war er Diana ſich rüſt/
Mit ſtirnenmönlein bogen/ pfeill/
Betrapt das magdlin in der eil/
Wilches Juno eifrig beneidt/
Wiewol jhm war die handlung leid/
Auff das der Gott ſolch lieb verlier/
Muſt Callyſto werden ein Bär.
Solchs Jupiter doch nit erdult/
Nimpt ſie zu Himmel in ſein huld
Sampt den Sohn: zwey geſtirn ſeind ſie.
Arctophylax vnd Helice.

ERICHTONIUS IN CISTA. | Erichtonius im Korb.



Pallas Erichthonium, profuſo ſemine natum
Multiberi, occultum ferre iubet comites:
Detegit Aglauros, videt infante atq; draconem.
Sic mulier queſunt cumq; negata cupit.

Deus fabrorum & ignis, ille claudicans,
Armorum ubi Dîs officinam aperuerat,
Suæ officinæ præmium abs Iove exigit,
A quo optio datur, referre qua queat
Optata, per paludis infernæ ſacrum
Ius, Mulciber non ſegniter, non vilia
Poſcit, Minervæ virginis amat nuptias,
Pudoris æterni cupidus. Hîc Iupiter
Siſtit, Puellam denegare Styx vetat,
Promiſſa in hæc vocata teſtis ultima.
Vt Palladi pudicitia maneat, eam
Pater monet, repugnet ignibus novis
His Lemii. Complectitur, non polluit
Deam ille, Erichteus inde cecidit in ſolum,
Quem ſuſcipit vice parientis, vimine et
Texto occulit, recluſus eſt, ſerpens, puer.

Die Waffen geſchmidt von Vulcan
Die Götter ſich gefallen lan.
Der ſchmid Gott heiſchet ſeinen lohn/
Der muſt jhm werden/ war nit ohn
Vnd do er wunſches macht bekam/
Hieſch er die Gottin Minervam.
Jupiter zwang das holliſch eid/
Das nit Minervam traf das leid/
Solt ſie Vulcan thun widerſtand/
Do erhub ein newer tand:
Aus der erden ſproß Erichton/
Pallas beyfal den wundern ſchon
Den tochteren Cecropis geehrt/
Im korb zu halten faſt geſpert.
Der korb aufgeſpert zeigt geſchwind
Vnden aus ein Schlang/ obn aus ein Kind.

CORONIS IN CORNICEM.

Coronis zur Krae.



Propter aquas vidit, viſamque Coronida feruens
Neptunus ſequitur, vimque ſequendo parat.

Liberat hanc Pallas natis per brachia pennis,
Cornicemque vocans, tu mea, dixit, eris.

Criſpin van de Paſſe inventor excudit.

Pediſſeq; viaq; comites Palladem
Fefellerant tres Cecropis juvenculæ.
Proles ubi laxata ciſtula exhibet
Natum biformem quem recludi haud fas erat,
Virgo Cornei, vulgat hanc audaciam
Et ad Minervam protinus refert eo
Ex tempore Coronis repulſa virginum à
Greze avios petit receſſus avia
Sectata ſolitudinem, quaqua intima
Amænitate littoris ubi fallitur
Illam videt Noptunus, & viſam cupit
Cupitæ amoreq; incaleſcit virginis.
Hunc perſequitur amorem ut adferat vim ei
Laborat excitus freto, aſt Tritonidis
Plumeſcit illa dono aviculæ in modum
Virgo manens Tritoniæ Cornicula.

Die Königliche Tochter ſein
Coronis/wolt nit ſchweigend ſein/
Der Cecropinnen kühne that
Mit den kaſtlin erholet hat.
Solches Minervam hoch verdros
Die ſchwatzerin derwegen außſchlos
Von ihrem Frawen zimmer zart.
Coronis macht ſich auff die fahrt/
Geſchwind in ein einſams ort fleut/
Am Waſſergeſtad ſich erfrewt.
Vnd als ſie da erſehen ward
Von Neptuno ſelbs auff der fahrt/
Für ſein liebin wolt er ſie han.
Coronis rufft Minervam an/
Die jammert des /vnd macht ſie zhand
Zur Krae/Cornice genant.

CORONIS ET CORVUS. | Coronis durchſchoſſen.



Fama malum pernix: tu Thymbrӕe indice corvo
In tam dilectam tela cruenta jacis.

Interit illa quidem formoſa Coronis: at albas
Inter aues non eſt jam tibi corue locus.

Corvus volucris initio penna albida
Plumatus indicat Patri Latonio
Virgo quod elegans non ineleganti Iſchidi
Sui Coronis præſtitiſſet copiam.
Apollo ſecum mutuis amoribus
Grave indolens flagrat cupidine acrius
Ac frendet ultionis, in Coronida
Intendit ex arcu minace ſpiculum
Pectusq; leve transfodit per ubera
Sed pungit illum vulnus ex hoc vulnere
Lavatq; lachrymis ſagittas ſanguine
Lotas remittit pœnitentiæ gravis
Pœnam indicē in Corvum, quā & illo promerē,
Adhuc in auſpicatè garrulus luit.
Qui ſtridet ore garrulo moeſta oram
Nigreſcit & colore moeſto eſt horridus.

Der Rab zwiſchen der voglen ſchar
Hat an ſich weiſſe federn gar
Der hat dem Apollini ſchon
Coronis angezeigt jhr thun/
Das ſie dem Iſchys ward zu theil/
Vnd het alſo verſchertzt jhr heil.
Darumb Coronis leidet pein/
Durchſchoſſen ward in zornes ſchein.
In liebes ſachen meide ſpot/
Sonderlich mit eim groſſen Gott/
Den kummert doch/ das er ſo hat/
Coronis gtödt grewlicher that/
Dan er mit jhr gezilet fein
Aſclepium das Knäbelin.
Der ſchwazig Rab ward ſchwartz alsbad/
Der ſchwartzer ſchwätzt on aufenthalt.

OCYRRHOE IN EQUAM.

Ocyrrhoe zur Stutt.



Inſontem ſobolem, nec ſonte Coronide, Apollo
Parte viro tradit, parteq; tradit equo.

Chitonis tandem; poſt dicta oracla, biformis
Paulatim formam filia ſumit equæ

Propago valis Delphici & Coronidis
Nymphæ Æſculapius reciſa lugubris
Matre eximitur Apollinisq; dexterâ
In diſciplinam traditur chironiam
Vt artis incrementa ponticæ imbibat
Et hauriat ſcientiam mons Pelion
Scholæ locus, Centaurus & magiſter eſt.
Ocyrrhoe Chariclis & Chironia
Spretis paternis artibus vatem refert
Phœbeio in fanti futura prædicat
Orco quod eſſet exciturus funera
Quod fulmen experturus ab avo torridum.
Genitor ô inquit te ſagitta languidum
Torquebit, obtabis necem & ſies homo,
Ex calite hoc oraculum elocuta equam
Refert ut ampliora fata ne efferant:

Aſclepium das ſöhnelein
Geſchnitten aus der Mutter ſein
Apollo nam eigener hand/
Vnd brachts Chironi zu dem end/
Das ers nehr vnd verſorge recht/
Bis das er kenn ſein geſchlecht/
Vnd erlehrne die artznei kunſt/
Hab alſo menſchn vnd Götter gunſt.
Chirons tochter Ocyrrhoe
Weiſſaget jhrem Vatter weh/
Das er ſolt haben ſchmertzen groß/
Vnd ſterblich werden von pfeil ſchuß:
Das Kind die kunſt des artznes wurd
Brauchn/todtn erweckn vnerhört:
Solt endlich werden doch geſtrallt:
Ocyrrhoe bkomt pferds geſtalt.

BATTUS IN SAXUM. | Battus zum Stein.



Septenis Phebo inflatur dum fiſtula cannis,
Duxit Atlantiades in iuga celſa boues.

Indicat hoc Battus, Maia mox ringitur ortus
Fit Battuſq; index ille repente lapis

Agreſtis ô vir Batte impeditior
Tibi fuiſſet lingua, voxq; tardior
Tuum haud caput damnaſſet ortus Plejade
Qui dum boves, Apollini interverteret
Averſa furta monte ſublimi abderet
Cur curioſè non reflecteres tuos
Prudenter oculos? præmium ſilentii
Vaccam accipis quin pollicere ſanctius
Secreta furti te penes manſura quam
Lapis locuturus ſit hanc rem proximus.
Neſcis Deo quod forma ſit tam multiplex
Nepos Atlantis quæritare ſe boves
Fingit duplexq; præmium offert indici
Montem indicas & paſcua vir ô perfide.
Quo Batte recidis? in rigorem marmoris,
Sic crimen omne perſequitur ultor Deus.

Könings Admeti hauptvieh ſchon
Der Apollo hütet vmb lohn.
Mercurius komt ebner zeit/
Vnd treibt das vich ab auf jenſeit/
Verſticht ſolchs hinter einen berg/
Da man nit zukompt vberzwerg.
Batto dem Viehtrt ſchenck ein Kuh/
Das er ſein maul ſolt halten zu:
Er ſprach: Ja/ich wil ſchweigend ſein/
Als wan mein mund auch wer ein ſtein.
Mercurius dergleichen thät/
Als wer er nit voriger Gott/
Vnd nimbt ſich an frembder geſtalt:
Auf des verheiſchn vnd begern baldt
Battus zeigt jhm den berg vntrew/
Drumb wirt er ein ſteinfels mit rew.



Palladis Actææ ſacrata in templa ferebat
Munera virginei turba pudica chori.

Vidit Atlantiades, ſolamq; exarſit in Herſen,
Hæc viſa eſt reliquis dignior vna Deo.

Aglauros, Herſe, Pandroſos, tres Cecropis
Natæ, Diis gratæ, Diis amabiles
Caſto fruebantur pudore. Virgines
Athenienſium paternis ritibus
Morem gerentes, ad ſacrificium annuum,
Tendunt, Minervæq; in caniſtris adferunt,
Pigmenta. Contuetur has Caducifer
Deus ſupra, ſoliq; inhæret Herſæ amans.
Cujus ſororem Aglauron expugnat prece,
Ad auxilia conferret ut ſeſe ſua.
Sed ſpondet illa ſua miniſteria gravi
Sub pondere auri. Pallis indignè accipit
Intemperantiam puellæ hanc auream,
Quod turpiter inhiaret opibus & ſuper
Iſt hoc recordatur, quod anſa ciſtulæ
Secreta prodidiſſet in lucem ferens.

Von jungen frawlin zu Athen
Das jahr opfferhand ſolt beſcheen
Minerve Göttin ſelbger ſtatt/
Welch ſie vnter jhrem ſchirm hat:
Darumb trugen ſie zeinen zart/
Vnd ander Korblin ſchönſter art/
Mit außtreichender farben ſalb/
Die ſie gebrauchten dan deßhalb/
Das ſie durch ſolch anſtreichen fein
Bekamen glantz/ſchönheit vnd ſchein.
Herſe Mercurio gefelt
Vnder alln lieblichſter geſtalt/
Er mit jhr ſchweſter Aglauros
Handlet zu habn diß liebe gnos.
Sie ſprach ja/ward bedingt mit gold:
Minerva macht draus ſünden ſchuld.

INVIDIÆ DESCRIPTIO. | Der Abgunſt bild.



Europam aſportat freta per Neptunia Taurꝰ
Iupiter, ad comites reſpicit illa ſuas.

Illæ moerentes extrema in littoris ora
Cum Coeli implorant numina glauca maris.

Criſp. van de Paſſe excudit.

Aglauros illa Cecropus, virgo Attica,
Pœnas Dea petente pro factis malè,
Livente cordis plectitur morbo. Hic quis eſt?
Eſt Invidentia atq; livor improbus.
Fœlicitatem proximi non concoquens.
Magnum hoc malum, malumq; inexpiabile,
Mundi Furia, furvas tenebras incolit,
Iners acerba, tabé pallida, & nigra,
Felle obſita, ungues rodit, atq; lancinat
Bonum theonino, quod obvium eſt, ſuo.
Venena condit in ſinu, ilibus crepat,
Et rumpitur, Quo flectat ergo pectora
Niſi in malum? fœlicitatis prodiga,
Edax, furens, & obſoleta, degener,
Macreſcit optimis rei ſucceßibus,
Inſultat his malis, ægreſcit ut bonis.

Jupiter mit gutem bedacht
Der zarten Europa nachtracht/
Darzu er keine muh geſpart/
Es keme leichtſam oder hart:
Mercurium ſchickter zuhand
Ind Rinder weid/ Phoeniſſer land.
Der treib das Vieh an den Zeeſtrand/
Jupiter wuſcht dahin behand/
Ließ ſich vor ein Ochſen anſehn/
Bey der andern herd thet er gehn/
Vnd locket jungkfrawen zu ſich/
Europa fahrt jm zu vppig/
Vnd ſetzt ſich auf den rucken ſein/
Ward jhm darnach alſo gemein.
Jungfrawen warumb rufft jhr laut?
Jupiter ſchlupft hinn mit der braut.

AGLAUROS IN LAPIDEM.

Aglauros zum Stein.



Tentat adire Herſen Cyllenius ales amatã,
Dilecti ſperans gaudia blanda thori.

Inuidit ſoror Aglauros, Maiáque creatum
Oppoſita foribus juſsit abire ſera.

Quæ Diva tenet angues feros in Ægide,
Levoris angues Cecropidi tot implicat,
Vt jam ſorori ſit gravis, facillima
Paulò antè, amori divino invidet, id agit
Stimulus, ô Invidia, tuus, quem virgini
Cæcæ addidiſti, eſt ille cruciatus tuus.
Livor petit ſumma, inquiunt, livor petit
Divina dico, nec felicitas Deûm
Tuta eſt ab hoc malo, quod exitium homini eſt,
Faſtidium eſt Diis. Relicto cælo adeſt
Deorum ab axe nuncius, amata ſibi ut
Queat potiri; obſtat, repugnat, impedit
Aglauros, obvallatq; valvas corpore
Suo, atq; capto pertinaci haud abſilit.
Quam dura in Herſen virgo ſis ac in Deum,
Saxum arguit, nunc tale ſaxum Aglauros eſt.

Als nun die ſeuch vergunſtigkeit
In Aglauros hertzn machet ſtreit/
Das ſie ſo bald vergeſſen ſich/
Vnd offenbart hat das heimlich/
Dan auch geldſuchtig worden war/
Befand ſie hernach groſſe gfar.
Gegen jhrer Schweſter geluck
Braucht ſie gar vile ranck vnd tück/
Ward Bleyſchwartz an jhrem geſicht/
Wie allen mißgunſter beſchicht.
Mercurium ſie haltet ab/
Vnangeſehn der guldin gab/
Das er die Herſe nit bekam/
Darumb er ſich zornig annam/
Vnd ſie verhartet in ein ſtein:
Der neid vnd vntrew bracht jhr pein.

IUPITER IN TAURUM. | Jupiter zum Ochſen.




Hic adit inuidiam pallas, nigrosq; veneno Aglauro tingi mentem, animumq; iubet | *Inuidiæ pictura docet triſtiſsima, quam ſit Tormentum vehemens inuidus ipſe ſibi.*

Atlantis ille filiæ gnatus ſacer,
Iuſſu patris compellit ad Phænicium
Armenta littus. In bonis ſe cornua,
In tergora, inq; membra transfert Iupiter,
Dimerſus è cælo, ſacriſq; finibus.
Agenoris quaſi juvencus ambulat
Per prata, bobus ejus immixtus. Terunt,
Calcantq; arenam ludibundæ virgines.
Agenoridis amore perculſus Deûm
Rector pererrat, atq; ludit ſuaviter
Cum ſingulis. Roſea calentem adit Deum
Prenſando Sidonis. Quid? & dorſum occupat,
Et inſidet ſancto bovi. Hic molem accipit
Levem, fretumq; tranat oram ad Gnoſſiam.
Hic Virgo poſuit cælibem vitam Dei
Amans, ab hac Europa noſtra dicitur.

Hie ſichſtu ein vnliebes bild/
Das mögt wol ſtehn ins Teuffels ſchild/
Dan von dem iſt es kommen her/
Vnd bringt in die Welt böſe mahr/
Als iſt der tod das höchſt vbel
Vnd was der ſeind vil tauſent fall.
An aller Welt vnd menſchen ſtand
Schlagt es ſein hinnreiſſende hand.
Wans es bekompt das Regiment/
Schafts allen Tugenden ein end.
Abgunſt iſt ſein eigener nam/
Aus der Hellen aber ſein ſtamm.
Es friſt ſchlangen/ hat ſchlangen har/
Es friſt auch hertzen immerdar:
Von dem Aglauros ward geplagt/
Weil ſie Minerve nit behagt.

CADMUS, SOCII, SERPENS. | Cadmus erwurgt ein Schlang.




Fortis Agenorides, ſociorum fata miſertus,
Sepentem diro vulnere ſternit humi:
Proicti fiunt mortalia ſemina dentes,
Terrigenæq; ſuis viribus intereunt.

Proles Agenoris, cui Phænicia
Parebat, ille Cadmus, ille conditor
Thebarum, abactam fraude Jovis inquirere
Iuſſus ſororem, in omni parte quæritans;
Dum non videt, deſperat atq; reditum, habet
In mente conſulente Phœbo condere
Bœotiam. Iovi ſacrum facere prius
Dum cogitat, commilitones martios
Ablegat, ad fontem; ſed hos gentis timor
Draco obligurit: at ille reduces ut vocat,
Cupitq;, monſtrum conſpicit, cui obvius
Ferro, manuq; elidit audax guttura.
Aſt illius dentes monente Pallade
Spargens humo, animadvertit agmen illico
Exire bellicoſum, uti domeſticos
Hoſtes, furenti & interire prælio.

Cadmus ein ſohn Agenoris
Suchet ſein Schweſter vngewis/
Durchfahrt vile landſchaft gleichſam
Vnd findet doch nit Europam.
Anheim zu kehren ward im bang
Des vatters vngnad in trang.
Er nam ſich fůr zu bleiben da
Zu bawen in Bæotia.
Jmmittelſt ſein geſellen ſand
Zum waſſer fur das opfferhand.
Ein grauſam Drach alßbald erſtund
Cadmi geſellen all verſchlund.
Des zornet der Held hochgeborn
Fellet das Thier zu tod mit zorn
Die Zan wirft in die Erd wie ſam
Ein kriegſ hauff ſich empoꝛt grauſam.

ACTÆON IN CERVUM. | Actaeon ein Hirſch.



Inſcius Actæon vidit ſine veſte Dianam: Præda ſuis canibus non minus ipſe fuit.

Dictynna ſylvarum domina gregem ſuum
Per ſaltuoſa & invia comitata per
Loca, in feras decurreat, jamq́ oppidò
Venationis hauſta tot laboribus
Fontem ſubit, quo ſe ſuaq́ proluant
Seſe. Nepos Cadmi requirit has aquas
Tum forte fortuna, refrigerantis in modum,
Sed inſcius Dianæ, in ejus incidit
Conſpectum: at illa ne pudorem panderet
Venator hic viſum, ipſum adit fatalibus
Cum aquis: nec immunis viri innocentia eſt,
Aſſurgit in cervina dorſa & cornua,
Viſaq́ ſupplicia luit Latoniæ
En altera, à ſuis canibus invaditur,
Diſcerpitur. Sed hæc lanea quam flebilis.

Acteon ſahe onbedacht
Die Diana Göttlicher macht
Als die ſelb ſich Hellöiſch gewagt
Manch thier geſtochen auff der Jagt.
Da war ein luſtiger brunquell
Zu erkülen den leib on fell
Hie findt ſich der gut Acteon
Der nymphen Autonoes ſohn
Er ſahe die Gottin bloß vnd zart.
Mit den Geſpillen hoher art
Doch on fleis vnd vorwiſſen
Diana wolt ſein heimlich ſein
Der Jager ſolchs entgelten muſt
Vnd buſſen größlich kleine luſt.
Zum Hirſchen wirt verſtelt in eil/
Seinen hunden zum raub vnd theill.

SEMELE OCCISA.

Semele kompt vmb.



Infelix ſemele Iunonis fallitur aſtu,
Sub ſpecie Beroës ſe ſimulantis anum

Atq; amplexa Iouem, conflagrat; ſoſpite prole.
Nempe hominum debent vota tenere modum

Vrit cupidinum parens Cadmeidam,
Ardetq; Semelen Iupiter licentiâ
Iubente laſcivâ, Dei precordia
Quæ reddit æternis amoribus. Iovis
Conſors, ſororq; pellicibus his infremit
Tot atq; tantis. Comminiſcitur dolum.
Ergò, puellam quo illa circum ſcribere
Valeat anicula torva vultas induit,
Frontemq; caperat pelliciq; colloquens
Perſuadet, ut Deo ſui ne copiam
Faciat in altero apparatu vi geſtibus
Fictis, ſed ut veniat in habitu, quo ſuæ
Saturnia conſueſceret concumbere.
Votum impetrat. Venit Tonans & Fulminans.
Complexibus flagrat puella. Iupiter
Prolem rapitq; fæmori et inſuit ſuo.

Thebaniſchen Königs Cadmi
Tochter Semele ſchon vnd frei.
Fallt Jupiter in liebens gwalt
Welchs Juno fur ſehr vbel halt.
Die fand ein liſtigen betrug
Das jhr geſchah daran genug.
Stellt ſich in ein alts weibelein
Redt mit Semele beſtens ſchein.
Solt ſagen: groſſer Jupiter
Erſparet nit Göttlicher ehr.
Wan jhr wilt ſein mein liebhaber
Kombt zu mir in ſelbiger zier.
Als wan jr fur euch hett Juno
Jupiter kombt blitzend herzu.
Erbrunnen ward Semele geſchwind
Der Gott in ſein huft ſatzt das kind.

NARCISSUS IN FLOREM.

Narciſſus zur Blumen.



Cum propriam vidit ſpeciem Narciſſ9 in vndis,
Ardere inſano coepit amore ſui.

Scilicet hoc homines vitio plerunque laborāt,
Vt placeat nimium quilibet ipſe ſibi.

Criſpian van de Paſſe inuent. fecit et excudit

Cephiſius puer genitus ex Flumine,
Nymphaq; faſtidit puellares choros
Amantium, ſed Græculam quam maximè,
Quæ vocibus ſuis recantat omnia;
Quibus gravis, quibusq; non amabilis,
Faces ſuo novas patitur in corpore,
Patitur & in animo, ſibi quod adlubet,
Nimis ſed adlubet, quod eſt AMOR SVI.
A tergo eum ultrix perſequitur Adraſtia,
Diſtorquet illum, territatq; turbine,
Idq; aſſidua. Narciſſus huic obnoxius,
Labore venandi fatiſcens appetit
Fontem, in ſui procax rapitur imaginem,
Flagrans ſibi, faſtidioſus omnibus
Tabeſcit, heu, præſtantia forma inclytus,
Exſorsq; vitæ Flos abhinc Narciſſus eſt.

Eines Fluſſes vnd Nymphen ſohn
Narciſſus hubſch, adelich ſchon/
Alle frawliche lieb veracht/
Wegen leibs ſchonheit/ gmutes pracht
Vnd ſonderlich das ſchöne bild
Echo/ welch in der lieben erwildt.
O ſchöner ſohn Lyriopes
Du ſolteſt dich doch meiden des:
Es kumbt Nemeſis die Göttin
Der vbelthater ſtrafferin/
Vnd wirfft dir in ein newe lieb/
Dergleichen ſich nit vil erhieb.
Was ſchaweſt du im Brunnen klar
Dein ſelbſt gſtallt mit hochſter gefahr?
Dein junge Mannſchafft gehet hinn/
Nur bleibſt ein Narciſſen Röſtin.

PYRAMUS ET THISBE.

Pyramus vnd Thiſbe.



Pyramus inueniens maculatam ſanguine veſtē,
Ipse ſibi proprio perforat enſe latus.
Martin de Vos inuentor

Hinc ſimul ac Thiſbe videt, hic, ait, hic quoque mucro
Me perimat, quo tu vita perempta iaces.
Criſpin de paſſe incidit et excudit.

Aetas amoribus ſacris aptiſſima.
Et forma Venere non minus digniſſima.
Mater, pater juvenculis duriſſimi.
Poſt omne ſeclum amor celebratiſſimus.
Miraculis & urbs paterna maxima.
Amaſiis vicinia haud tutiſſima.
Locus vacandæ Cypridi infauſtiſſimus.
Huic q; deſtinata morus peſſima.
Leœna conjecturæ origo haud obtima.
Nimia celeritas, atq; nimia tarditas.
Regis ſepulchrum ad funera hæc triſtiſſimum.
Vitaq; tædium manentis extimum.
Nox una, amorq; unus gladius & unicus.
Et urna contegens cadentes unica:
Hæc Pyramo, Thisbæq; erant fatalia.

Pyramus ſchon ein Junglein gut
Die Thiſ be liebet wolgemut:
Bedingen ſich faſtlich allbeid
Zu kommen auf ein morgen zeit.
Aus Mauſoleum des Nini
Vnder einem maulbeer-baum frei.
Das Meydlein komt Pyramo zvor.
Merckt ein Löwin vngeheur/
Entlaufft/ wirfft den ſchlier von ſich/
Das bracht Pyramo todes ſtich/
Da er fand das kleid blutig rot/
Als war Thiſ be kommen in not.
Thiſbe komt an jhrn lieben findt
Eigner hand erſtochen geſchwind.
Vom leid wolt ſich retten geehrt/
Fallt alſo in Pyrami ſchwrrt.

BACCHUS, TYRRHENI, PENTEUS.

Bacchus/Tyrrhener vnd Pentheus.



Ne tu ne Bacchi numen, neue orgia ſperne.
Tyrrheni viden vt per freta ſalſa natant!

Non mouet exemplum te, Pentheu. flebelis ergo
Mors manet, à Bacchis dum laniatus obis.

Bromius adit Thebas & Aonia ſacer
Tecta urbis illius, Deos quæ cælites
Recepit atq; fecit. Anguigena ſtatim
Civis foras erumpit, & Cadmeios
Omnes honnores in Deum profundere
Certat, caternatim propera movent
Veſtigia hic Thyrſis, comis errantibus
Sumunt coronas, quas miniſtrat in ſacrum
Vel pampinus tener, vel & hedera bicolor.
Juvenis Echionius id improbat, ſuos
Prohibet ab Orgiis, novum ſpectaculum
Ridet, Deoq; intentat audax vincula,
Summumq; diſcrimen: ſed & vinctũ attrahũt.
Tum ſponte panditur fugæ cuſtodia.
A matre & a ſororibus rex cæditur.
Delphinq; fit pirata Tuſcus ob nefas.

Pentheus hielt ſich faſt vngemeß
Echions ſohn vnd Agaues.
Tireſie weiſſagung war
Veracht/bringt ſich in hochſte gfahr.
Bacchus der groſſe Gott vnd held
An die ſtatt Thebe kumbt zu feld.
Da ſolchs die Burger thun verſtahn
Ruſten ſie ſich mit manchen mann/
Vnd ſonſten alls volck in gemein
Den Gott herzlich wolt holen ein:
Den leugnet Pentheus/wehrt dem werck/
Vnd fahet jn mit groſſer ſterck/
Bacchus wolt doch behalten Sig/
Pentheus bleibt tod im weiber krieg.
Aus rach Tyrrheniſche Schifleut
Seind Meer fiſch/wolten haben beut.

VENERIS CUM MARTE ADULTERIUM.

Venus vnd Mars bulen.



Coelicolæ vetitos rident Mauortis amores,
Atque fit in toto fabula nota polo.

Quorumdam potes hic mores ſpectare potentum
Queis impunè licet quodque patrare nefas.


Criſpian de paſſe fecit et imprim:

Coit Venus cum Marte cælibis tori
Iam neſcio. Sol intuetur hoc nefas,
Cui nihil non lucidum eſt, non obvium.
Iunonio facinus id aperit tum fabro,
Cui Paphia ſalax fidem fefellerat.
Hic ergo in iram abit ſupra modum aſperam,
Ferrumq; tenuat in catenam retium
Subtilium inſtar, queis cubile circumagit,
Deosq; adulteros eis ſic implicat,
Divelli ab altero alter ut nequiverit.
Cubiculum patefit, & ambos omnium
Clarè Deorum ſubjicit oculis. Venus
Cum Marte habere rem haud ſuo dignoſcitur.
Sic ergo malitiam retegit abſconditam.
Quid occulis ſcelera Diis patentia,
Facisq; fieri quod vetas? DEUS VIDET.

Der Krieſch Gott/ der lieben Göttin
Bekommen buleriſche ſinn.
Phœbus den ehbruch traget an
Wie ers geſehen den Vulcan/
Der War Veneris jhr gemahll/
Das jn verdroſſen vberall.
Verfertigt mit der ſchmidkunſt bald
Kettenwerck wie ein netz geſtalt/
Beſchleuſt damit das zimmmer ſchon/
Zu der Ehſchender ſpot vnd hon/
Verwickelt ſie mit diſſem fund/
Das keiner ſich draus reiſſen kont.
Die boſe luſt zu treiben ſchand
Ward allen Göttern bekant/
Sperren auf die kammer/ nemmen ein
Zur ſelben ſtund den angeſchein.

LEUCOTHOE IN VIRGAM THURERAM.

Leucothoe zum Weyrauchſtab.



Eurymones faciem mentitus Apollo, venuſtæ Leucothöes thalamum nocte silente subit. | Matris et in specie famulis discedere iussis, Max habitum rursus ſumit et ora Dei

Crispin van de Paſſe jnuent. et excusor. — *Ouid. Metam. libr. 4.*

Vulga verat crimen Veneris adulteræ
Sol temporis primi, atq; adulti legifer.
Sed martiales illa coitus conſcia
Immittit hoſti tædam amoris ocyus,
Cuius ſubire Leucothoe animo incipit,
Prænobilis forma, lepore, ſanguine.
Oritur ad hanc Sol ille radios ſubmovens,
Ponitq; cælitis procul perſonam ea
Flagrans potirier, fidem vultu facit,
Ac ſi Eurymone in eo eſſet hujus filiæ
Parens, thalamus ei puellaris ſtatim
Communis eſt, emergit inq; priſtinum
Deus ſtatum. Orchamo patri rem Clitia
Amica ſolis alia divulgat. Ream
Sic ille natam defodit, quæ thurea eſt
Nunc virga miſericordia Solis ſui.

Schöner geſtalt Leucothoe
War ietzo zeitig zu der Eh/
Des Furſten von Achmenien
Tochter/ vnd der Eurymonen.
Mit deren leib Venus befangt
Phoebum/ vnd leiſt im ſolchen danck/
Das er ſie erſt verſpehet hat.
Sampt jren buler in der that.
Das Phoebus dan ſeins willens phlicht
Vollnziehen mogt mit der geſchicht/
Nimbt er ſich an/ als wan er wer
Eurimone/ frawlicher zier.
Die Jungfraw ſchandet bald mit liſt/
Welch lebendig begraben iſt
Von jrem Vatter Orchamd
Zum Weyhrauchs rűtlein ward ſie fru.

HERMAPHRODITUS CUM SALMACE.

Hermaphroditus mit Salmace.



Salmacidis tepidas qui vir deſcendit in vndas
Semiuir haud longo tempore factꝰ abit.

Salmacides lymphæ ſunt deſidis ocia vitæ,
Quæ faciunt molles et ſine corde viros.

Criſpin van de Paſſe inuent. et excuſor.

Proles tua Aphrodite, ſed Hermes & tua,
Idæ educatus in ſacris cunabulis
A Najadum cœtu, relictis ſedibus
Puer, viarum errore defertur procul
Ad limpidiſſimi ecce fontis alveum
Quem Salmacis ſerena funditus habitat,
Correpta ſpecie Nympha juvenis admodum
Ardet, rogatq; indulgeat complexibus
Suis: eum pulſant preces blandiſſimæ,
Aureſq; feriunt, aſt inexpugnabiles.
Quem colligat. Nais tenella brachiis,
Quem non habet ſuis faventem nutibus,
Deceptus intrat alveum, cui aſſilit
Arctiſſimè virgo, ſuis amplexibus
Stringens, nec ille mas, nec illa fœmina
Manet: fit unus Androginos, erant duo.

Hermes vnd die Aphrodite
Zilten ein Sönelein on eh.
Der Vatter war Mercurius/
Die Mutter aber war Venus.
Wie kont ein ſolcher Götter ſohn
Nit ſein vber alle mas ſchon?
Die Waſſergottin Salmacis
Solches erſehen hat gewis/
An den brunnen in Caria/
Da ſie jn waſchend blöſlich ſah:
Auf jhn verliebet ward ſo geil/
Das ſeiner ſie begert in eil.
Sie ſchmeichelt im vnd redt liebkoß/
Doch findet jn allzeit liebloß.
Ward mit im alſo ein leib/
Vnd endet ſich der lieben keib/

IUNO, FURIÆ, ATHAMAS, INO, LEARCHUS.

Juno/Furie/Athamas/Jno Learchus.



Tartareæ rapiunt mentemque animumque ſorores,
Tiſiphone aſt ſolum hic munus id ipſa gerit
Natum rex Athamas allidit ad aſpera ſaxa:
Aſt fiunt reliqui numina, marmor, aues.

Prægnans dolore Iuno & iracundia
Inus vices Cadmeta graviter eas
Fert (hæc Lyæum nutriit matertera)
Quo vivat & regina thalamos occupet
In urbe Cadmi, quod ſit hoſtis numinis
Sui, ſororibus neci datis dolet
Binos eidem liberos ſuperſtites.
Demittit ergò ſe cavis è montium
Anfractibus, iter inferorum perſequens.
Ad impiorum Erynnies tum vindices
Deſcendit, harum maximæ precibus atrox,
Quin & minis ſic inſtat, Athamanta & ſuam
Vltrix vt in pœnam vocet tum conjugem.
Quos tartarea juſſus Dea exſequitur, abhinc
Aguntur immiſſo furore conjuges.
Learche miſer, en mater & frater Dii.

Juno verdawet nit vngut/
Sondern vernam mit groſſm vnmut/
Das Jno ſo reichleich begabt/
Bis dohinn ſich ſo wol gehabt.
Begibt ſich auff der Höllen fahrt/
Den Hölliſchen Gottin nit ſpart/
Vnd bringet auff Tiſiphone/
Das ſie ſolt ſchaffen leid vnd weh/
Dem Athamas vnd ſeinm gemahl/
Das ſie wüteten mit vnfall.
Die groſſeſte Furia thet
Alles nach Junonis gebiet.
Athamas vnſinnig bewegt/
Learchum ſein jungn ſohn erſchlegt.
Jno begeht auch ſolchen mord
Jhr geſelſchaft ſtein vnd vögel ward.

CADMUS ET HERMIONE IN DRACONES.

Cadmus vnd Hermione zu Schlangen.



Quid patriam fugis infelix cum coniuge Cadme!
Non locus, at tua te ſors inimica premit.

E ſerpente homines produxti; factus vterque
Serpens ex homine, è vita hominum aufugitis.

ener Draconum Hyantius quot caſibus
ſtatur, infortuniis tot occubat,
mmunis annus ullus haud ei fuit,
cura nulla lux ferè fuit: gradus
ali alterius eſt finis unius mali:
aratur hoſtis alter ut prior cadit:
ntingeret lætam domum, bellum vocat,
liud, adeſt cum fratre Zethus arduo,
dmeta urbis progenitor & martia
njux peroſi, quos tenebant, incolas,
dunt: fit Illyria duorum arx exulum.
rtuna quæ magnæ domus, quæ regiæ!
ui Deûm latibula ſylvarum petunt,
nguium qui deſinunt volumina,
nguium qui ſe capita verſos vident:
l reptilia ſunt ambulanti innoxia.

Cadmus Thebes erbawen hat/
Gros leid vberſtundt in der ſtatt/
Mit der liebſten Hermione/
Die im zubracht gros hertzen weh/
Ob ſie ſchon von Gottern erborn
Entwiche doch nit jrem zorn.
Domit ſie friden mochten han
Wolten ſie auch jhr Reich verlahn/
Verzihen in Schlavonien/
Da zu wohnen ſich vnderſtehn/
Verlieren daſelbſt alſo bald
Mannlich vnd weibliche geſtalt/
Erkummen ſich in ſchlangen art/
Als war ſolches ire wolfahrt.
Erhielten von Göttern die gnadn/
Das ſie keim menſchen thaten ſchadn.



Conſtitit Heſperio, regnis Atlantis, in orbe,
Et requiem Perſus quæſijt hoſpes ibi.
Reppulit hunc Atlas, metuens felicibus hortis
Mons fit. nam duros ius quoq; dura pati.

ex Mauritania, qui Atlas, qui cælifer,
Maurusiusq; dictus, ex Antiſtite
eûm Themide percepit hoc oraculum:
rolem Iovis tuis, cave, penatibus
redas, quia hoſpes hoſpiti ſic noxa erit.
eſponſa Divæ non in auras ventilat,
ed ſerio prudens recondit pectore.
um ſolis æſtivi plagas percurrer et
unc forte Perſeus Iovis nepos ſacer.
emoris ad opulenti domos forte appulit,
bi anguis aurifera ſpolia vigilis erant.
ictor Meduſæ concitus tot curſibus
utam quietem Atlantis in lare petiit,
tlas negat timore tanti oraculi.
ed Gorgonis viſo capite qui rex erat
it ſaxum, Atlasq; mons. Jovis quæ eſt ultio.

Atlas in Mauritania/
Ein Cônig regieret allda/
Des Himmels lauffs vnd ſternen kunſt
Faſt wolbericht/ acht nit vmbſonſt
Auf die erofnung Themidos/
Vnd auff jhren Gottlichen ſchluß/
Das er beherbergen ſolt niemand
Von Jupiters ſtammen vnd ſtand/
Wolt er ſonſt halten vnberaubt
Den guldin garten wol behaupt.
Perſeus vorm lanfliegenden lauff/
Kont ſich nit halten auff/
Begert bey Atlas vnterſchleiff/
Atlas verſagt im ſolches ſteiff.
Perſeus wendt zu jhm Gorgons ſchild/
Er wird zum berg vmb der vnbild.

PERSEUS LIBERAT ANDROMEDAM.

Perſeus Rettet Andromeda.



Infelix nimium religata ad ſaxa cathenis
Andromede monſtris et data præda fuit.


Cernit Abantiades hanc, euictoque dracone
Liberat, et thalami ius dat habere sui.

Dum pulchritudinem laceſſit inclytam
Nereidum, ſuoq; gloriatur in
Decore Cephêi nuptiis ſuperbiens
Illa illa: Nymphæ hunc ultionis aggredi
Modum: puellam protinus Cepheiam
Saxo alligant marino, & induunt eam
Nodis aheneis: marina belua
Immittitur, cui ſtat expoſita tremens
Virgo, voranda piſcium inſtar à truci
Ceto. Hac iter dum forte Abantius facit
Heros per æthiopica culmina & mare
Supra, draconem contuetur eminus
Ferri in puellam atq; hinc referri protinus
(Quæ mortis ad ſpectaculum pavida ſtupet)
Motusq; formâ motus & periculo
Feram interimit, illam eruit, ſponſam & capit.

Caſſiopes vnd Cephei
Töchterlein Andromeda frei/
Fallet in der Gottinnen zorn/
Darumb das jhr Mutter zuvorn/
Frechmutig ſich furgzogen het
Den Nereiden an der ſtet
Als wan jhr ſchonheit vberſtig
Deren geſtalt mit preis vnd ſig.
Die Gottinn ſolchs verdrieſſet ſehr/
An dem frewlein ſich rechen ſchwer:
An ein meerſchrofe gfeſſelt ward
Von eim Meerwinder beangſt hart.
Der Ritter Perſeus gutter fug/
Den Wallfiſch gar zu tod erſchlug.
Dafur ward jm ein guter lohn
Andromeda ſein Braut gantz ſchon.

GRINES MEDUSÆ IN ANGUES.

Meduſe Haar zu Schlangen.



Noxa Meduſa, tibi facta eſt pulcerrima forma,
Neptum thalamus fit tumuluſq́ tibi.
Palladis in templo thorus angues efficit eſse
Crines: ſerpentum fit tibi ſpira, coma

Meduſa ut aculeo ſolebas figere
Formâ viros, ut inſtar eſſes omnibus
Miraculi: decoris alma inſignia
Auges coma, accedens ad aureum prope
Fulgorem, in hoc divûm ſecundus abs Jove
Cagitur, hic in connubium te flagitat,
Connubium non effugis: ſed quod torus,
Quod concubitus in Palladis templo fuit,
Veſania profana hæc fuit, diſpendium
Vita fuit; quamvis ſit ortus Pegaſus,
Profanus inde partus, & neptunia
Labes: iniquo fert, gravi animo fert Dea
Injuriam, Iovis cerebro quæ ſata:
Lenocinnantes nam capillos horridè
Commutat in criſtas potenter anguium,
Immane quod caput adimit Perſeûs ei.

Meduſa bracht jhr ſchônes haar
Endlich auch in todes gefar.
Ein yeder wunſcht ſie fur ſein Weib
Das verurſachet manchen keib.
Neptunus halt doch vberhand/
Treibet an jr gewalt vnd ſchand.
Minerva blieb nit vngeſpart/
Dann ihr Tempel entheiligt ward:
Daſelbſt gſchach der beiſchlaf vnrein/
Das bracht Meduſa groſſer pein.
Slangen haar bekam ſie darauff/
Deſſen entſtund groſſer verlauff.
Dann menſchen wurden all verſteint/
Die jhr anſichtig worden ſeind.
Den kopf ſchlug jhr ab Perſeus
Ward genant Gorgonoctonos.

POST PUGNAM PHINEUS IN SAXUM.

Phineas zum Felſen.



Perſeus ex ſponſo fit miles, ſponſaque præda:
Pocula miſcentur ſanguine, lite dapes.

Gorgoneum umbonem Inachus protendit in hoſtes,
Qui ſe mirantur marmoris eſſe loco.

En Andromeda, quæ ſponſa pactionis eſt,
Quis hoc ferat? nunc ſponſa factionis eſt.
Gener parentum regiorum init torum
Dux pennipes, menſamq; nuptialem adit.
Hoc matrimonium peroſus Phineus,
Spretiq; ſanguinis crepans injuriam,
Perſi quod obtigiſſet extero, & ſibi
Non, Virgo, concitat tumultum in nuptiis
Regalibus, collidit atq; principes:
Multi cadunt utrimq;, vinum funditur.
Mixtum cruore, in luctum hymenq; deſinit.
Vt prælium agitur, ſeditioque fervida
Calet, novus ſponſus, vir ille pennifer
Refundit adverſariorum fortiter
Hanc multitudinem obycitq; Gorgona
Quæ viſa fecit Phinea lapideſcere.

Perſeus vnd Andromeda/
Beide Hochzeiter waren fro.
Ein mahlzeit war da angericht
Darin ſich zutrug dis geſchicht/
Manch Furſtlich perſon ſich da fand/
Kurtzweil geſchah auch allerhand.
Ein kreig ſich bald angefangen hat/
Phineus der Braut Vetter dis thet/
Vnd ſagt/ er wer der Brautigam
Perſeus war von einm frembden ſtamm.
Die Herren ſtreitten allzu gleich/
Vnd bleiben deren vill im ſtich.
Perſeus endet alſo die ſchlacht/
Pallas vnd Meduſa furbracht
Das ſchild vnd haupt: die feiend ſein
Wurden verandert all in ſtein.


MUSÆ IN AVES. | Muſe werden Vögel.



Nata Jouis cerebro Dea, iuncta ſororib9 almis, Pegaſeum ad funtem Vult Helicone frui.
Alatæ fiunt Muſæ, Volucrique figurâ Defugiunt turpis probra pudenda Viri.

Proles equina, Gorgonis fœx ſanguinis
Fuſi, vel ipſius putato gloriam,
Ad virginea montis juga in Boeotia
Prolabitur pennis magis quam calcibus,
Terramus ubi percuſſit ungula pedis,
Fons exilît (vocant caballinum) prout
E fonte materni exſilierat ſanguinis
Alatus ipſe Pegaſus. Dea artium
Illium profecta contuendi gratiâ
Hoſpes Dearum, amicum habet collegium,
Humanitate cum nova atq; inducitur
Ad Pegaſi obtutus. At inde Phocidis
Monteus petunt: jactantus auris improbis,
Intrantq; Daulidis tyranni regiam
Pudoris cum periculo, & fiunt aves.
Inceſtus ille ſcelere præceps eſt datus.

Das geflugelt pferd Pegaſus/
Aus Meduſe halßblut entſpros/
Richt an den brunn aufm Helicon
Quellend in Bocotia ſchon.
Auff den berg ſchlug er mit der huff/
Vnd alſo bald Waſſer erſchuff/
Solcher ward genant die Roßbrunn/
Den wolt beſichtigen Pallas fron.
Von Muſis wird beliebet wol/
Wie anderſt nicht geſchehen ſoll.
Ein vngeſtum wetter ſich regt/
Waſſer vnd luft heftig bewegt.
Muſe werden genummen an
Von Pyreneo dem Tyrann.
Der wolt ſchanden die ſchone bild/
Wilche ſich in Vögel verſtelt.




Inprobe, quis tua tela queat vitare, Cupido!
Quorum teſtatur vim quoq; Ditis amor:
Qui ſimul ac Cereris gnatam conſpexerat inquit:
Sævior heu Ætnæ me ignibus ignis edit!

Venus animo perfert gravi hanc moleſtiam,
Quod Diva Amazon quodq; Deois (puta
Proſerpinam) faſtidium haud abſiſterent
Suo creare numini atq; temnerent
Illud; ſuum quod conjugale fœdus &
Tadas haberent deſpicatui. Stygis
Ab inferis eruperat rector ſuis,
Terrore Sicani Gigantis virium,
Moventis Ætnam, cui à Diis ſubjectus eſt.
Ditem Venus Cupidine miniſtro impetit
Telo ſuavi, incenderetur ut furens
Amore Cerere procreatæ virginis,
Eoque commovet parentem Manium,
Ut furta cogitaret hinc Ætneia, &
Trinacridis raptus puellæ, quæ comes
Dearum ibi flores legebat candidos.

Der Holdſchaft vnd Schöne Gottin
Vnd aller wolluſten gemein/
Die Venus ſtrebt mit eiffermut
Diana nach in aller hut/
Solchs erfuhr auch Proſerpina/
Das ſie nit wollend ſagen ja:
Venus het ſich herrlich beſtat/
War ein groß Gottin mit der that.
Pluto verlaſſet bald ſein Hell/
Machet ſich auf die fahrt gar ſchnell.
Dan Typhon der großmechtig Riß
Erſchutt den berg Aetna gewis.
Venus aufm ſelbigen Pluto
Richtet ab jhren Cupido:
Mit lieben pfeil er in durchſcheuſt/
Zu Proſerpina lieb ingeuſt.

RAPTUS PROSERPINÆ. | Pluto entfuhrt Proſerpinam.



Infernas vehitur Proſerpina rapta ſub vmbras;
Raptorem Cyane ſed prohibere cupit.

Ille hortatus equos penetrat vi flumina Nymphæ,
Atque ſuas ſedes virgine lætus adit.

Crispian van de Paſse inuent. excudit.

Proles Eleuſinæ, ſocia tum Palladis,
Tum filiæ Latonæ, in herbis luſitat,
Typhois ubi mons erigit cacumina.
Odora gratia atq; honos quamplurimus
Florum eſt ibi, quos ungue candido metit
Virguncula, inflammatus à Cupidine
Saturnius, qui tertio eſt hæres loco,
Dulcem hic agit prædam, puellam ſurripit,
Deprenſa quæ curſu celere non effugit,
Sed impoſita plauſtro aeris viam ſecat.
Bona Cyane intercedit huic rei (unica hæc
Nympharum amor, quæ delitiæ Anapi fuit.)
Nigrumq; vult Iovem retardare. Impetum
Facit tridente ſceptro hic, ubi humum percutit,
Diſſelvit illam iratus abrupto obice,
Addicit amicam & inferorum nuptiis.

Der Eleuſinen Gottin ſein
Proſerpina ſeins tochterlein/
Mit Diana vnd Minerva
Ein luſtiges ort wol erſah/
Vnderm berg in Sicilien
Aetna ſie ſich erluſtigen/
Vnd brachen blumen ſchoner zird.
Pluto nicht berget ſein begird/
Raubet der Gottin Geſpill/
Dis war ſein Lieb/diſſer ſein will.
Auf einen Hellwagen fuhrt ſie/
Das wolt hinderen Cyane.
Es war doch jhrer mehr kein raht/
Sie fahret in der Hellen ſtatt/
Vnd ſolt drumb werden Cyane
Jhres namens ein ſtehnder See.

CERES QUÆRIT FILIAM.

Ceres ſucht jhr Tochter.



Vah cupidam, Stelles duri puer oris et au..x,
Dixit, anum! ſitiens dum bibit alma Ceres


Indignante Dea, latebras mox Stellio quærit,
Contemtus poenas nempe iuuenta luit

Ceres per orbis univerſi filiam
Partes requirit, & adhibens indaginem.
Quamcunq; luſtrat, unde forte emerſerit
Deperdita. Caſam devenit tum ruſticæ
Anus, ſitimq; paſſa & æſtu torrida,
Aquam ſibi oris colluendi gratiâ
Poſcit. Polentâ mixta potio datur:
Avidius hanc frugum parens exhauriens
Ridetur, ore virulento carpitur
Puello ab improbo. Dea hîc ſe vindicans
Procaculum exuit homine, is convertitur
In ſtellionem: lucidis in tergore
Guttis micat, veſcens araneis capit
Rorem, ſuamq; hominibus invidet cutem
(Morbo comitiali medetur hæc cutis)
Hinc nomen in diras abit adhuc illius.

Betrubet war die gut Ceres/
Das ſie jr tochter von ſich lies.
Sie kumbt aller orten gerennt/
Vnd ſucht das kind fleiſſig behend.
Auff der reiß find ein hauſelein
Einer alten frommen Bawrinn.
Vnd als ſie faſt ertrucknet war
Von durſt/ vnd hitzig mit gefahr/
Erlangt ſie ein gerſten-muſlin/
Mit waſſer auffgeſotten rein.
Das nam Ceres mit hochſten danck
Als ſie davon begirlich tranck
Verſpottet ſie ein laſterbub.
Da er Gotter laſtern anhub/
Ward ein geflackets Heidochſlin/
Das war ſeines laſters gewin.

ARETHUSA IN FONTEM.

Arethuſa zum Brun.



Inſequitur flagrans Arethuſam veſte carētem
Alpheus, timidis paſsibus illa fugit.
Sed laſsata fuga, fer opem mihi Delia, clamat:
Clamantem ſpiſsa Delia nube tegit.
Criſpin van de Paſse figurauit et excudit. *Ouid. Metam. lib. 5.*

Achaidum puella formoſiſſima,
Primaq; dignitatis inter inclytas
Nymphas, ſocia quæ armorum & artis Deliæ;
Ubi hæc in Alphei ſe aquas demiſerat,
Ut membra marmoris lavaret æmula,
Alphëus hanc amore mulcere intimo
Studet, ſtuprum intentat, paratq; vim procus
Teneræ adhibere virgini in forma viri.
Certatur ergò curſibus, quid virgo? quid?
Conata perſequentis ictum evadere,
Sui precatur numen illud conſcium,
Opis laboranti ferat compendium.
Diana miſeratur piè juvenculam,
Quam juſſit in aquam fontis hanc liqueſcere.
Ne polluant, aquas amatoris fugit,
Occultam agit viam & maris cuniculos.

Arethuſa beruffen weit/
Auf der Wildjagt fuhrt manchen ſtreit/
Der Diana Gefertin kuhn/
Niemand kont jhr es bevor thun
Wegn der ſchöne vnd wolgeſtalt.
Welches erkundet Alpheus bald.
Als ſie in dem flus baden wolt/
Bat er vmb jhre lieb vnd huld.
Vnd als er ſich zum man gebild/
Vnd nichts ſeines willens erhielt/
Endert ſein heiſchen in ein lauff/
Es gerieth jm doch nit der kauff:
Süß vnd ſawr ſingen iſt vmb ſonſt/
Diana verleihet jhr gunſt/
Dann die zuchtige Arethus
Geandert ward zum Brunnen fluß.

LYNCUS IN LYNCEM. | Lynx in einen Luchſſt.



Triptolemus vehitur Cereris per in anania curru,
Semina docturus credere iacto ſolo
Hoſpes ad hunc lyncus capientem nocte quietem
Dum iugulare parat, lynx cito, factus abit.

Cupida Ceres agreſtium auctor artium,
Rimata filiæ receſſus undiq;
(Eſt clauſum iter nullum) orbe diducto redit:
In Abicæ delata Eleuſinam, ſubit
Celei penates liberaliter pios.
Ubi hac recepit filiam ter ſoſpitem
Ter læta, quaſi poſtliminio, erat conſcia
Illius hoſpitalis, alma, gratiæ,
Remunerantis largiter vices agit:
Nam regi aperit omne agriculturæ genus:
A matre Triptolemus adhuc rubens ei
Placet, recens natum igne nocturno fovet,
Et Sacra per diem premit eum ad ubera:
Alata bigæ eum draconibus datur:
Sic ille frumenti novum uſum perdocet,
In Lyncem abitq; Lyncus hoſtis illius.

Ceres jhr Tochter wider fand/
Do ſie durchſtreichn manches land.
Gelanget an die ſtatt Athen/
Daſelbſt jhr wolthat ließ ergehn
Tiptolemo dem ſohn Celei/
Der ſie wolgehalten gaſtfrei.
Schenckt jhm den Drachen-wagen ſchnell/
Das er außbreiten mögt on fehl
Die bawkunſt/vnd die richten an/
Zu nutz vnd frommen viler mann.
Zum König Lynco ſich verfugt/
Der jhm ſein handlung all außklugt:
Er wolt tragen darvon den ruhm/
Des muſte Lyncus kommen vmb
Sein vorige gſtalt vnd war ein Luchs/
Das er den Gaſt nit mordet fluchs.

NIOBE CUM FILIIS INTERIT.

Niobe mit jhren Kinderen.



Progeniem Niobe numeroſam iactat et ipſis
Aequari ſuperis ſeq; ſuoſq; cupit

Hinc ſobolem perimunt omnem Phœbusq; ſororq;
Nempe ſolet faſtum debita pœna ſequi

Celebris Agenoris domus tot claſſicis
Thebæ, mali ſentina regum eſt ſanguinis,
Hic ardua Niobe, tot ut quæ inclaruit
Bonis, & Amphioniis clariſſima
Tædis, nec ipſa Tantalo patre melior,
Ob inſolentiam patratam inſigniter,
Potentiam eſt Latoniorum experta dum
Phœbi parentis ambit una gloriam,
Et gulchritudinem, nec aras illius
Dono ſacrat, natiq; bis ſeptem improbi.
Apollo cum ſorore concitatus hac
Re, ſtringit arcum acer, ſagittas depluit,
Tranſfixa ſævit omniumq; in pectora.
Conſciſcit hinc pater, dolore præ gravi,
Mortem ſibi: Niobe tot orba liberis
Hauſtis genis rigeſcit in ſilicis onus.

Niobe hochtragend ſie war/
Habend ein groſſe kinder ſchar:
Von Tantalo war edler art/
Pelopis ſchweſter ſchon vnd zart.
Sie hielt ſpottlich die Latonam/
Leiſtet kein opffer angenam/
Als die Thebaniſch Burgerſchaft/
Niobe blieb ſtoltz vnd neidhaft.
Das macht hernach ein groſſen ſtreit.
Apolla vnd Diana bereit/
Wolten ein ſolchen vbermut
Rechen am Königlichem blut:
Siben herrlein/ frawlein ſo vill
Erſchoſſen ſie mit bogen pfeil.
Gantz kindloß mehr Amphions Weib/
Zum kiſlingſtein verwandelt blieb.

AGRESTES LYCII IN RANAS. | Bawren werden Froſchen.



Dum prohibent Lyciā ſitientem haurire paludes
Dura gemelliparam ruſtica turba Deam.
Quando negatis aquam, dixit Dea, numquam ea vobis
Deſit ita his ranis eſt aqua facta domus.

Deûm parens gemellipara Deûm
Regina amara, ſordida, atq; vilis eſt,
Inſtarq; monſtri & criminis pro pellitur
Vbiq; difficulter admodum ſuos
Enixa fœtus, quamlibet ſummo ex Iove,
Pererrat, errantem regio nulla excipit.
Partu adito mater duorum numinum
Lycia Chymæræ devenit feracia
Loca, hic viarum longitudine obruta,
Sitiq;, magnis defatigata æſtibus,
Aquas petit, ſedare ſollicita ſitim.
Liquentis ad ſtagni excubabant marginem
Tunc ruſtici, juncos & ulvas & leves
Arundines manu legentes barbara, hi
Deam ſiticuloſam vetant haurire aquam;
Qui nunc coaxant in paludibus ſuis.

Latono von Cei geblut/
Dem Jupiter beiligen thut/
Daher ſie geſchwangert ſamens kraft/
Daher im gmut Junonis haft
Als im dem leib ein ſcharpffer dorn/
Grimmig ein vnverſöhnlich zorn.
Vnleidich ward ſchier jhr geburt/
Die verfolgung auch nicht aufhört/
Fand nirgend eine bleibend ſtat/
Bis endlich ſie gebieret hat
Die Zwilling Dian Apollo/
Nach gros gehabter angſt vnd müh?
Darumb ſie lech vnd dorſtig wolt
Sich mit waſſer laben/ vnhuld
Fand ſie es ward ein waſſerrauſch/
Der Gottloſer bawr ward ein Frösch.

MARSIAS EXCORIATUR. | Marſyas geſchunden.



Faune quid inceſsis Phœbum Deus ipſe canendi eſt,
Nil cœleſte ſonat tibia, ſtulte, tua

Detraxti Phœbo, pellem tibi detrahit ipſe:
Flumineas lacrymas Nymphaq; vitq; cient

Satyrus improvidè ſapit cum barbaris
Phrygibus, & haud ſerò quidem, ſed ſerius,
Nec ſerius, quod nunquam eî ſapere fuit
Viſum. Capros vir capripes deduceret
Cantu ſuo, non provacaret impiè
Arcu potentem, non potentem cantibus
Minus. Melius eſt, ambroſius, argutus eſt,
Virtus canendi heroa Phœbo ſemper eſt.
Laceſſit in cantus Deûm certamina
Phryx ſemivir, phryx ſemicaper: & cornipes.
O quæ temeritas! in ſua illum pertrahit
Apolla jura victor, & cutem exuit
Victo, ut paterent pelle rapta v iſcera.
Suſpenditur, nudat ur ut pecus cute.
Hinc grex ſatyricus, Nympha, ruris incola,
Tibicinem flent. Vnde flumen Marſya.

Der Zigenfüſſig Marſyas
Vberlud ſich mit groſſem has/
Fhuret mit Phoebo einen zanck
Vmb den beſten pfeiffers geſanck/
Muſt aber weichen/laſſen haar/
Vnd fallet in hochſte gefahr/
Wegen ſeiner gachſtutzigkeit/
Ward gefuhret in ſchand vnd leid.
Der Gott bindt jn an einen baum/
Vnd ſtreift im ab die haut geraum
Das betaureten ſehr zuhand
Nymphae/ vnd Satyri genant/
Sampt auch das bawren volcklein grob/
Die jm zuſchrieben allen lob.
Aus vilfaltigem zahern guß
Entſprange Marſya der Fluß.

TERUS, PROGNE, TRES FURIÆ.

Tereus / Progne / Hellgottinn.



Connubio Tereus prognen ſibi iungit, at illis
Pronuba non Juno, non Hymenæus adeſt.
Adſunt Eumenides facibus de funere raptis,
Et bubo ad thalamos omnia dira canit.

Belli adminiſter egregius, in Thracia
Rerum dominus, è Marte cretus ferreo
Tereûs, in auxilia dedit ſe regibus,
Quos diſtineret difficultas bellica.
Sic hoſtium tinctus cruore ſæpius
Victor redibat. Ponticus rex Atticum
Pandionem premebat armis, Terea
Hic invocat, jungunt manus, exercitum
Ducunt in hoſtem, ſcreptra frangunt Pontici,
Et colla libera faciunt gravi jugo,
Quod proximus ab urbibis gens Palladis
Ferebat. Hujus præmium victoriæ
Progne puella collocatur Thracio
Duci. Peractis nûptiis Plutoniæ
Miniſtræ inardeſcunt, jugale collocant
Stratum; cui omen attulit bubo horridum.

Tereus ein mechtiger Kriegsheld
Vorm feind erhielt offt das feld/
Er krieget für vnd für mit gewalt
Hülff manchen Fürſten reyſig bald/
Ward angeruffen zu dem end
Vom König Pandion behend/
Dieweil er angeplatzet ward
Von vilen/ vnd belagert hart.
Als er den Reutter-dienſt geleiſt/
Pandion Progne im verheiſcht.
Die rachgeitzige Furie
Emporen ſich bald alle drie/
Vnd nemmen die brant-kammer ein
Mit helliſcher geſtalt vnd ſchein.
Ein Nachteul geſehn ward offenbar/
Daher ſich reugt groſſe gefar.

TEREUS PHILOMELAM AB DUCIT, ET LINGUA PRIVAT.

Tereus ſchendet vnnd ſtumelt Philomelam.



Quam natura dedit linguam Philomela reciſa eſt,
Aſt aliam illius Dî tribuere loco.

Nunc hominum dulceſcit eñ bene-flexilis auri,
Quâ nihil in cantu dulcius orbis habet.

Iugale deportata Progne in regnum amans
Sororis, hanc longo ſemel poſt tempore
Deſiderat, rogat maritum, Cecropis
Adnaviget paterno ad urbem portui,
Pandionis reducat inde virginem,
Tori inſciam, affinem, ut ſororis oſcula
Deſueta, ut innovare colloquia queat
Sua ipſa. Navigatur, hoſpes accipit
Socer familiariſſimè iſtos hoſpites.
Vix, denegatam virginem, impetrat gener,
Preces ut adhiberet vel infimas frequens.
Quam nactus inceſto furore deperit,
Et vi ſtuprat. Ne ſuſpicio rem detegat,
Occludit illam, & commeat prout libet.
Minatur illa lingua, at illâ trunca fit:
Adulter oppetiſſe mortem dictitat.

Tereus ſich angelaſſen hat
Wol zu leben in dem Ehſtat.
Philomelam holt freuntlich ab
Vom Vatter wie er ſchon fürgab/
Dan Progne wolt jhr Schweſter ſehn/
Ein zeit mit jr freuntlich vmbgehn.
Tereus auff ſeine Schwagerin
Mit lieb erhitzt in allem ſinn/
Als die jm vnterworffen war/
Bedrauwet er ſie gantz vnd gar
Zuverſchwigen die gwaltſam ſach/
Philomela fragt nichts darnach:
Sprach/ich wil melden mein vnheil.
Menniglich zur warnung vnd beiſpil.
Er ſtumpft die zung der ſchonen Magd
Sein bubenſtuck mit jr ferners wagt.

PROGNE, PHILOMELA, ITYS.

Progne Philomela/Itys.



Baccharis Progne, Sed cum ratione, ſororē
Captiuam ſtabulo liberat alma manus

Vt bona ſis ſoror, es mater truculenta, ſororem
Vt Serues, quare fercula reddis Ityn!

Non voce, ſed ſtridore querula filia
Pandionis minor, recluſa ſtabulo erat:
Crudelitatem Tereos, factam ſibi
Elinguis eloqui haud poterat injuriam.
Hinc literarum intexuit panno notis
Facinus, & ad ſororis oculos deſtinat.
Ignara ſortis hæc ſororiæ gemit.
O perfidia, ait, conjugis, non conjugis
Mei, o & utinam incogniti. Tum Libero
Patri ſacrum peragere conſtituit ovans,
Vt Baccha. Stabulantem ſororem liberat
E carcere. Hinc nefas adorta barbarum
Itym ſecat per viſcera, & per ilia,
Secat per artus, & caput demptum obijcit
Adultero prolis voranti viſcera,
Sed inſcio: upupa, hirundo, luſcinia, volant.

Als Tereus alſo thatig war/
Beſchloß er Philomelam ſtar
In einen viehſtall bewarſam
Die gefangnen ſolchs zu hertzen nam/
Vnd wie ſie dan beiſeit gebracht/
Auch ſprachloß war one bedacht/
Hat ſie gewoben in ein thuch
Die ſach mit buchſtaben genug/
Schickt ſolches ihrer ſchweſter zu/
Die trug daruber groſſe rew/
Zihet an ein Bacchin geſtalt/
Freiet die ſchweſter vnd alſbald.
Wurget den jungen ſohn Ityn/
In die ſpeis ſtuckweiſ miſchet ein/
Tereus ſolts freſſen/warf den kopf
Itys auch in den ſchoß dem knopf.

)RITHYIA BOREA RAPTA.

Boreas vnd Orythyia.



Orithyian amans Boreas et ſtemmate clarā
Et ſpecie insignem per ſua regna vehit

Hanc illi genitor bis terque negarat Erechthe9;
Nunc ferus ereptam vendicat ipſe ſibi.

Criſpin van de Paſse inuent. excudit. *Ouid. Metam. libr. 9.*

umolpidos calet Aquilo fervoribus
uvenculæ, cogens aquas ſtupeſcere,
t frigidos ſoles in orbem devehens.
Negas Erechteu filiam rex Attice,
Debes Erechteu filiam illi Thracio,
igentis auræ, frigorumq; principi,
ontempſeris preces, at at vim ſenſeris,
Iamq; t ſuis amoribus ſtricte incubat
Aquilo, ſuis & viribus modo utitur,
Alis remetitur ſuis urbem Atticam,
aptor puellam illic requirit Attidem,
Deportat in ſinus relatam thracios.
t facta ab ipſo ibi gravida gemellos parit
ethem atq; Calaim, queis parentis in modum
ccrevit alabis gemina, nimirum uti
eram referrent illiusce imaginem.

Ein junge tochter wolgebildt
Erichtei des Königs milt/
Hochberumten gſchlechts zu Athen/
Kunt lieben liſt auch nit entgehn:
Dan Boreas der groß Norwind
Ward zu ihr heftiglich geſinnt/
Vnd wolte ſie zum weibe han/
Dahin trachtet on vnterlan:
Vnd da man ſein flehen veracht/
Brauchet er ſein euſſerſte macht/
Vnd fliegend ſein geliebte raubt.
Ward ir mann/ brautigam vnd haupt.
Begabet ſie ward mit leibes frucht/
Die ward erzogen ſchoner zucht
Mit flugelén gefedert ward
Nach jhres lieben Vatters art.



Æſonides ſacrum vellus dum Marte requirit,
Medeæ officio id repperit arte ſtatim.

Quid non ſuadet amor, quem nulla repagula claudunt?
Regia prædoni virgone præda fuit!

Jaſoni regi, duciq; Theſſalo
(Dum regni adhuc impos tibi Pelia
Juſſu paterno ſubderetur Æſone
Functo) illud imponis negocij, ut in
Se Colchicam expeditionem ſumeret,
Periculum profectus ad certiſſimum.
Commentus hanc fraudem patruus erat vafer,
Non cogeretur ſceptra regni tradere,
Heroicam indolem veritus hanc illius.
Ex Graciæ arvis atq; fœcundo ſinu
Manum expeditam pubis ergo contrahit,
Bidentis Aſiaticæ aurum ut auferat:
Ut viſa res ſit major hominum viribus,
Profectionem ſuſcipit, ubi Colchica
Permulcet illum in regia tum Aetias
Amplexa vultus, atq; dexteram illius.

Pelias Jaſonis Vormund/
Nach deſſen Reich faſt heimlich ſtund:
Deſ halben er jn abgericht/
Anzufangen ein groß geſchicht.
Ein Schiffart ſolt er ruſten zu/
Der Ehren nachſtreben mit muh/
Er würd dardurch werden ein Herr/
Eines beruffen namens ſehr:
Alſo meinet der vntrew Man/
Jaſon mocht plotzlich vntergan:
Der bringet auff die Mannheit jung/
Gemelter ſachen ſcharf nachdrung:
Mit hochbekantem Schiff Argo
Colchiſer Inſel nahet zu/
Da jhn Frawlin Medea freyt/
Vnd ſchaffet jm ein guts geleit.



Æſonides herbis ſopit catuq; Draconem,
Arboris auricomæ qui vigil acer erat.

Poſt modo felici ſecurus obambulat horto,
Aurea cumq; ſua vellere mala rapit.

Aetidos favore nixus Æſone
Natus, reperit omne adminiculum perditæ
Fraudis, prius ſed præſtita connubij
Fide puellæ, quæ artis inſtrumenta dat.
Proco, veneficæ, magiſtra qua domat.
Fumante nare & aereos tauros pede.
Stricto juventus nata cum ferro quaſi.
Illi domabilis magiſtro redditur,
Dracoq; ſomni immunis, atq; vigiliæ
Tenax ab hoc frenatur artifice novo.
Tauri jugum inſolenter & ſponte induunt.
Converſa militumq; mutuò manus
Inſe perit bello. Fera aligera vigil,
Perfuſa medico carmine, herbis illita,
Somno implicatur. Aureus aries datur
Prædæ. Fugit Iaſon ſua cum pelliee.

Jaſon der Held dapffer vnd jung
Begert ſeines glucks beſchirmung/
Darzu half im Medea fein/
Obwol ein groſſe zauberin/
Durch deren kunſtliche anzeig
That er groſſe wunder zugleich.
Die flammen-blaſſende Stieren
Bracht vnders joch nach ſeim beghern:
Die groſſe fliegend-ſchlang on ſchlaf
Bezwang er wie ein miltes ſchaf:
Vnd der wachend krieſleuten rot
Schlugen ſich ſelber all zu tod.
Was vbrigt dan bekumpt Jaſon/
Das guldin ſchaf tragt er darvon.
Mit Medea der Vattel geil
Kommt auff Corinth fertigſter eil.

ÆSON IUVENESCIT.

Aeſon erjunget.



Velleris aurati prædo fert Colchida ſecum
In Graios. Iuuenem poſtulat eſse patrem

Coniugit officio id fieret, quæ numina poſcit,
Ætas vt ſocero florida ſemper eat.

Quæ Martis in luco latebant vellera
Auri tot annis, nocte nemoris abdita,
A patruo imperata ſpolia, nec duce
Indigna tanto, Theſſalus diſtraxerat
Raptor, ſuamq; Phaſidem diduxerat
Revectus in ſedem ſuam nulla via
Vetitus. Ibi Æſonem parentem ſoſpite
Loco invenit, ſed ille decrepitus erat,
Senecta & vltima gravatus. Obſecrat
Iaſon peritam conjugem tot artium;
Revocet in adoleſcentiam ſenem artibus
Suis. Precibus obtemperat tantis ea.
Implorat auxilia Deûm, herbas undiq;
Conquirit, inventas aheno concoquit,
Et inſerit ſenis ſoluto gutturi; is
Redit juventutis vigorem in priſtinum.

Jaſons Vatter der alte graw
Am leben nam ab gar genaw/
Das bracht Jaſon ſöhnliche ſchmertz/
Medea drumb ofnet ſein hertz/
Bat ſie/ das ſein vatter der alt
Bekame jůngelings geſtalt.
Von jhr ward ſolchs bald angelobt/
Medea ruft an yeden Gott:
Allenthalben kreutter pflanzung raft/
Beſter wirckung/ gutigſter kraft :
Solchs in ein Keſſel wirft zugleich/
Was drinnen war ſich vberſtriech:
Dem alten löſt ſie auff die keel/
Den blutgus erſtattet ohn fehl/
Es wachet auff vnd lebt Aeſon/
Als war er ſunſt ein junger ſohn.

PELIAS CUM FILIABUS.

Pelias von ſein tochteren gtödt.



Optabant gnatæ patri reparare iuventum,
Non minus hac Orco mihitur arte ſenex.

Vos ſaga, vos meretrix inſontia pectora, fallit,
Non minus in natos illa cruenta ſuos.

Germanus Æſonis, Peliadum maximus
Sator, gravi invaluerat ævo, proximus
Jam forte capulo. Filiæ re cognita
Circa Æſonis bene reduces annos, gravê
Miraculo impulſæ, fidem ſibi faciunt,
Quod arte Colchidos redire poſſit in
Priora vitæ tempora genitor Solo
Pronus. Venenorum artifex Aëtia
Caprum ſenecta languidum mutaverat
Tenellum in agni corpus, inq; aheneo
Saltabat ille vaſe, bulliente aquâ.
Tum credulæ rogare virgines, nurus
Ut Æſonis patri juventutem ſuo
Reddat. Sed ultionem hæc cogitat, jubet
Manus parenti ut inferant, lacera ſenis
Membra ut coquant. Perit miſer, pellex fugit.

Pelias König/ der Theſſal
Hat ſchöne Töchter vberall/
Von Medea ſahen ein ſchwanck:
Ein alten ſchaſ bock ſie verſanck
In einen ſiedends Keſſels glut
Der bkam ein junges lamblins blut:
Die Junfferlein ſolches erſehn/
Meinends/ es wurd alſo ergehn
Mit ihrem vatter/ duckend alt/
Wan er geſotten würd alßbald.
Sie ſprach: thut jhr den Vatter ab/
Ich will euch leißten diſſe gab:
Die ſtuck hinnwerft ins glüend gfaß
Es wird mit jm fein werden bas:
Die vnthat ward begangen zuhand/
Medea nimmet die flucht mit ſchand.

CYGNUS IN OLOREM.

Cyanus zum Schwanen.



Dilecto volucres ſygno domitumq́ leonem
Pauperibus dederat Phyllius ortus auis:
Ingratoq́ negat taurum, mox deſilijt alto
Monte puer preceps, fitq́ ſonorus olor.

Amore maſculo laborans Phillius,
Cygnum fibris puellum habebat intimis
Clauſum, juventa floridum & lanugine
Primâ. Hic Hieres filius tenerrima
Forma, faces ſubdebat altas Phillio,
Omnem cui ad nutum imperabat omnia,
Capta quaſi. Huîc erat per armentum inclytus,
Qui porrigebat per ſpatia dorſum arduus
Non parva, fronte luminoſa, candida,
Taurus. Iovi placeret iſta victima,
Indigna terram invertere eſſet beſtia,
Non hac arenam ſpargit, haud cornu ferit
Sed edomita meat, requirit paſcua.
Hac munus expetit puer, vir denegat,
Quam contumaciam ille minime concoquens.
Preceps fit, ipſe Cygnus eſt, mater fluit.

Der Hieres Cygnus ein Sohn
Faſt ſchoner art/geſtalt/vnd wohn/
Ward lieb gehalten von Phillio
Dem er dan ſchaffet groſſe muh/
Beherſchet ihn vnzeitig ſehr/
Als ſonſt ein angeborner Herr.
Phillius war am vieh gar reich/
In dem er dan auch niemand wiech/
Dan deſſn hat er ein vberflus/
Vnter andern ein Farren gros/
Der wol gezamt vnd feiſtig war/
Solchn begerd Cygnus vngefar/
Der ward im abgeſchlagen doch
An ſeinem lebn ſolchs er geroch/
Sturtzt ſich vom feltzen vnterwartz/
Ward von Göttern ein Schwan on ſchertz.

HERCULES ET CERBERUS. | Herculus vnd Cerberus.



Amphitryoniades vinctum per colla catenis
Cerberon, in ſolis lumina clara trahit:
Ille ſed impatiens lucis ſpumam ore, agros
Spargit et ex iſta nata aconita ferunt.

Jaſonis quondam marita contumax,
Profecta in urbium Atticarum maximam.
Pandionis natum, coronatum ducem
Accepit hoſpitem & maritum nobilem.
Hujus propago, nobiliſſimus pugil
Theſeus, & æmulatione maximus
Laudum Herculis; labore feſſus arduo
Domum redit, nec cognita ſpecies erat
Ei novæ hoſpitis, novercæ tum ſuæ,
Quæ pertimeſcit illum, & apparat nigrum
Virus, habens à cote nomen aſpera,
Quod ſpuma Cerberea genuit, ab inferis
Ditis canem quando reduxit Hercules,
Qui ex aëre inſueto vomuit in herbam, & hæc
Nunc eſt Venenum. Colchis hoc letum modo
Theſeï propinat, aſt genitor huic cavet.

Medea die falſche Bubin
Brauchet noch jhr argeſte ſinn/
Beherbergt vnd vermahlet ward:
Zu Athen einem König zart/
Den nahmen hat er Ægeus/
Sein gwaltiger ſohn war Theſeus/
Von arbeit außgematt heimkam/
Der Stieffmutter ſich nit annam/
Jhrer geſtalt jm vnbekant:
Medea rechnet ſolchs für ſchand:
Einen mort wolt begehn die Braut/
Ein giftigen tranck von Wolfkraut
Bereitet ſie jhrem Stieſſohn/
Das er alſo mogt kommen vmb.
Das gift ein ſchaum Cerberus ſpeit/
Als Hercles jn gefangen leit.

CEPHALUS ET ÆACUS | Cephalus vnd Æacus.



Auxilium et pacem Cephal, rogat; annuit ambo
Æacus Æginam depopulare lues

Æacus hîc in formicas vbi lumina vertit
Myrmidonas fieri poſcitq; habet viros

Cephalus habens Athenienſis filiam
Regni, quod à Minoë multis cladibus
Late premebatur, focis à patriis
Stabat. Tyrannus ille Gnoſſius foris
Pugnans, domi carere propriis finibus
Capit, novâ defectione Cycladum,
Iuſtis ad expeditionem bellicam
Hinc deſtitutus copiis, ab Aeaco
Adverſus hoſtes præſidia conflagitat,
Repellitur verò. Cephalus hæc obtinet
Prompta auxilia. Tum poſſidetur inſula
Morbo, furitque peſtilentia rabie
Mordace in Aegina. Cephalus hanc percipit
Ex AEaco rem luculenter admodum,
Qui pro viris tot obtinet homines novos,
Quod mirmices videbat in quercu abditas.

Cephalus dapffer an mannheit/
Bekam beſter beſcheidenheit
Ein Fraw von der Cronen Athen/
Welche groſſe krieg muſt außſtehn
Von dem ſtrengen Kőnig Minos
Des kam er doch ſelbſt in verdros/
Zu haus leidt ein rebellion/
Die Cyclades abfallen thun:
Begert alſo ein Kriegßbeiſtand
Vom Aeaco aus ſeinem land:
Der ward jm doch verweigert hart/
Cephalus erlangts vngeſpart.
Von Peſtilent wird gantz durchwuſt
Ægina mit minſchen verluſt:
Aus Ameyſen ſeind minſchen new
Kommen/geſtilt wird leid vnd rew.

AURORA, CEPHALUS, PROCRIS.

Aurora/Cephalus/Procris.



More ſuo canibus ſolis comitantibus ibat
Venatum Cephalus mane rubēte nouo:
Hinc Aurora rapit, ſed enim mox inde remittit,
Vxori tacitum vaticinata malum

Criſpian van de Paſſe invent. excudit. *Ovid. Metam. libr. 7.*

lle arte Venatorio clariſſimus
ephalus, & omnibus celeber in ſaltibus,
mor, ferarum, lege matrimonii
rocrin tenebat regii tum nominis,
um ſanguinis, formæq; divinæ nurum;
ponſo iſta ſpecie par erat juvencula.
ed ille fit pudenda præda præviæ
oli Deæ. Requirit inde Procrida,
ericulum q; caſtitatis illius
acit, opera Auroræ ſuâ nam ſe exuit
ormâ, modiſq; ſollicitat & artibus
jus pudorem. Viſa quæ ſuccumbere
ſt magnitudini relati muneris,
b agnito in priore formâ conjuge
nceſſitur verbis amorem ob perfidum.
udore perfuſa in fugam ſylveſtrem abit.

Cephalus Jager braucht die kunſt
An ſich erbar vnd frei mit gunſt/
Ein außbund mannlicher ſchonheit/
Doher erhub ſich groſſes leid.
Aurora die ſchon Morgenrot
Suchet mit lieb dis edel blut/
Ein ſtarcke lieb gephlogen ward
Zu beiden ſeiten vnbeſchwart.
Doch er Procrin wider geſan/
Das nam Aurora vbel an.
Cephalus als ein Kauffmann geklefdt/
Spricht Procrin an mit dem beſcheid/
Sie ſolt jm ſeinen willen thun/
Solt haben groſſen ſchatz vnd lohn.
Als ſie wanckt/ bkant ſprach Cephalus:
Dein vntrew bringt mir groſſn verdros.



Procrida decepit Cephalus, quæ fugit in vmbras
Virgulti; precibus victa deinde redit,
Datq; ſuæ, iaculum necis, inſtrumenta marito,
Irrita quæ nunquam iecit inulta manus

Vultum ſui illa diutius non ſuſtinens
Procris mariti, ſe occulerat in abditos
Saltus, dolos ultura ſpreti conjugis
Bene. Patientia illum amoris longior
Fugit, ſuaq; abſentiam iſtam Procridis
Non fert hic Æoli, Deûmq; ſanguis: hinc
Et ambit illam ſollicitus amabili
Prece, atq; deprecatur omnem injuriam,
Quæ victa reſtituit ei ſe comiter
In priſtinum torum, inq; amorem priſtinum,
Nunquamq; ſe removit à corde illius:
Teſtatur hanc dono ſuam conſtantiam,
Et donum erat Lælaps Canis Minoius
Velocitate mirus, alterumq; erat
Illic inevitabile jaculum & novum,
Cujus nec unquam miſſio eſſet irrita.

Cephalus hat geübt betrug/
Gegen Procris argliſtig gnug/
Die ſich deſſn heftig annam/
Wegen jhrer erlichen ſcham/
Man heimlich ſichern auffenthalt
Hinder dem holtzgeſtaüd alßbald.
Das bracht Cephalo kleine luſt,
Das ſein haus alſo bliebe wuſt.
Procrin er bitlich vntergaht/
Das ſie nu bey jm halte ſtat.
Die ſchenckt jm ein ſchnelles hundlin/
Vnd ein wurpfeil nach jrem ſinn/
Damit er ſtreichet vnfehlbar/
Vnd ſolt es gelten nur ein haar/
Mit treffen es nit jrren ſolt/
Wo/vnd wie er das haben wolt.

PROCRIDOS MORS. | Procridis todt.




Infelix Cephalus magis infelicia Procris
Pectora traiecit, dum putat eſſe feram.

Scilicet hoc iaculo non irrita vulnera fecit
Quod dederat Procris, quo perijtq; Procris.

Vir Procridis ſtudia Dianæ perſequens
Nemora quatit, feras capit vel effugat.
Refrigerari geſtiens in æſtibus
Auram vocat, tantis ſuavem motibus.
A quopiam indicatur iſtud Procridi
Agreſte, quæ teneri amore Cephalum ait,
Et dictitat profano, & improbo illius,
Quam ex nomine inculcàrat ille ſæpius.
Hanc ſuſpicata conjugem expetere ſuum,
Fruteta poſt latet tacita reconditè.
Vocat Cephalus auram labore perditus
Ferme, videre Procris inſiſtens ibi
Cujus cupiditate æſtuaret virginis
Conſors tori, hinc virgulta & inde commovet:
Feram ille ratus emittit alite jaculum
Pennâ, inſciens trucidat illo Procrida.

Cephalus braucht Dianen ampt/
Vnd jaget das Wild alle ſampt.
An hitz er vbernam einmal/
Vnd ſchrei lauter mit groſſem ſchal:
O ſanfter luft/ Aura/ Aura/
Fug dich zu mir/ vnd komme nah.
Procris verborgen hielts in acht/
Vnd leget alles in verdacht/
Vermeinend Aura wär ein Nymph/
Damit er triebe luſtens ſchimph.
Wolt ablauren in dem geſtand/
Wer doch mocht ſein die frembde braut.
Vnd da ſie rauſchet in dem holtz/
Wie ein wild thier grauſam/ vnd ſtoltz.
Druck Cephalus ab ſeinen pfeil/
Todt Procris/ war doch nit ſein will.

SCYLLA ET MINOS. | Scylla vnd Minos.



Moenia dum Niſi Regis validiſsima longum
Terribili Minos obſidione premit:
Hunc videt ex alta virgo Niseia turri;
Et capitur demens hoſtis amore ſui.

Criſpin van de Paſse inventor excudit. *Ovid. Metam. libr. viij.*

Cretenſium rex, legifer, Tirannus hoc
In orbe, judex inferorum postea,
